3

SOLILOQVIVM SALIVM PHILIPPI FINELLI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



Neap. Typis Iacobi Gaffari. 1649.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


PHILIPPVS PHINELLA ÆTATIS SVÆ ANNORVM·XXXXVIII·M·DCXXXII·

ILLVSTR.mo AC EXCELL.mo

Domino,

D. POMPEIO COLVMNÆ,

GALLICANI PRINCIPI, Sarni,& Ciculorum Status Comiti;

Perpetuò Annun. Turris Gubernatori, & Tribuno Equeſtris Militiæ pro Catholica Maieſtate in hoc Regno.

ET Prolixus temporis labor, iugiſq; rerum arcanarum, quas, & natura ipſa concludit in ſinu experientia eſt mihi,

Digitized by Google

Excellentiſſimæ Princeps, ex quibus ſanè tria tantum prætioſiſsima exiſtimanda duxi, & in toto Orbe conſpicua, non, tàm profectò propter earum ſingularitatem, quam Complectuntur, quam ob intrinſicas, extrinſicaſquè, quam amiciunt, ac continent potentias; Quæ tres nempè ſunt Naturæ, quæ in illis ineunt ſcilicet tres in vna connexę, Natura Animalis, videlicet, vegetabilis, atq; mineralis. His igitur tribus Animalis continetur virtus, quę generaliter in vniuerſis reſidet Creaturis in vniuersùm, ac generaliter conſideratis, quæ animatę dicuntur; nam vegetabili, virtus creſcens, atquè

gene-

generans,qualis eſt illa,quę plantarum eſſentiam continet, atq; vigorem. Deindè mineralis vi ſua retentiuam non patitur, non coagulari, atq; denſari; quæcunq; creata. Hiſce certè natura ipſa tribus generibus tantùm ſeſe diſſudiſſe; eaquè cordatius complexa eſſe ſpectetur, quis neget, illaquè in ſe ſe ſtrinxiſſe competitur. Quis illic inficias? namquè præter illas, nil aliud ſublimius, nil præſtantius,quæ tribus in illis continentur.

Quapropter cui illarum triũ ne potiſsimùm dederem,ac manciparem, dum hæ ſitarem, quarùm maxima haberetur ſapientum vſus conſilio,ne prorſus in

cunctis tribus errarem ex priori chimicos eliciens ſales ſui materia prima, ex altera verò ſulphura, quaſi prior tinctura, ex tertia autem cuprum, quod vulgo viuum appellat argentum, ſiuè Mercurium, quas, primos chimicæ materiei ſpiritus, ſiuè metalicos. Quæ ſanè electio, initumquè mihi Conſilium, abſq; veris, firmiſq; principijs minimè fuiſſe, tutè iudicabis. Et quamquam meum geniale fuerit typis dediſſe, atq; in vulgus manaſſe Soliloquium Spargiricum tuis ſub auſpicijs iam in lucem æditum, quippè qui hæc omnia contenta in ſe continet tria in ſe ſolo, ſibiquè ſoli edoctus Minerua, quę,

The-

Themica titulatur tuæ doctrinæ fulcimen, Praxiſquè ſuæ ingentis roboris, ſuorumquè periculum virtutum nobilium, ſingularium, vniuerſis conſpicuarum. Quæ omnium mortalium opponuntur oculorum obtutibus, cumquè ſit mihi conſpicuum lyppis, atq; tonſoribus (vt aiunt) illa patere cunctoſquè illas admirari, atquè vnicas, ac ſingulures haberi. Cumquè eruditiſsimos, quoſquè Te colere, atq; obſeſuare ſpectauerim, ipſe quoquè (inmeritus licet) memet addico, ac dedo, tibiq; deuinctum imperpetuum trado qualem, qualemq; ſpectas, qualis ſim, vtq; minus eredulis oſtentem quanti te fecerim, ac faciam,

ciam,

ciam, volui hoſce meos conſtantis labores mei erga te, amoris internuncios eſſe; vt maiorem ad te adeundum mihi aditum aperiret hac uice, & in ſingularis tuæ ſapientiæ atrium intromittant, vt ſemel illius Ego Compos effectus mortales omnes illuſtres cõperient me tibi imperpetuùm eſſe addictum.

Quòd igitur à me exhibetur munuſculum, ęque boniq; facito, æquoq; animo accipito, meq; cum illo haud aſpernator. Nam hoc præſtanti animi acie, ac generoſitate conſpectum Hęretici, Ariſtarchi, ac Zoili conticebunt vniuerſi. Nulli ſtrepent deſtractores, nullæ vlulæ lugebunt, nul-

nulli corui ſcripta lacerabunt; nec mordebunt latrantes Canes, nec Lupi fœri vorabunt meos, nec labores ſugillabunt improbabunt, cenſuriſquè fœdabunt, quotieſcunquè Clypeo tuæ virtutis contegentur; ipſe vero à tàm valido Athleta me protectum cernens; maiorem in modum animo ęquior ad ſubeundos alios labores fiam, ſi tuis protegar auſpicijs, vt in Orbis Theatrum, ne quidam Soliloquium in lucem prodeat, ſed efficiam; vt ſecundo Colloquium appareat, tertio Aquila volans, quarto Caducæum, quinto Coniunctio, ſexto Ehymicus Leo, ſeptimo Chymicum itenerarium, octauus

Chy-

Chymicus Peregrinus, nonum, Chymicum amphitheatrum, decimum, Chymicum ſilentium, XI. de ente Mundi, ſiue de materia vndecima, duodecima de Aqua Mercuriali, & incombuſtibili Sulphure, decimotertium Lilium inter flores, decimoquarto de Arte breui, & longa vita, ac demum pro decimoquinto de ſolari, Lunęq; Eclypſi. Quę opera vniuerſa riuulos huius exigui fontis eſſe ducas. Cumq; igitur tuum aſſequutum patrocinium ſentiam, cunctorum me compotem bonorum cumulatè fatebor; Tuæ igitur Excellent. cernuus adſto, Fauſtumq; omne à Deo Optimo Maximo bonum

præ-

præcans exopto, Neapoli Idibus Maij Anno à Deo Homine. MDC.XLIX.

Eccell.

Additiſs.ſeruus

Philippus Finella.

Digitized by Google

D. IO: PETRI MASSARII
SANCTÆ SEDIS APOST. PROTON.
I. V. D. & Sacræ Theologiæ Profeſs.
Oratinen. & Neap.

ELOGIVM.

Perill. ac docto viro

DOMINO PHILIPPO FINELLO.

Huius Operis Auctori.

Qui

PAruum mole librum, ſed rerum maximum
prælo mandat, quo cunctis pręeſſe, & prodeſſe poteſt, continet quippè Salis arte
facti virtutes, quo ſinè, nec men
ſa, nec olla ſapere valet.
Ideò diuinitatis titulo SALEM dignum cenſet
Homerus, cum res à corruptione
ſeruet, & quaddam mo-
do æternet.
Igneam, ac regiam habet vim, cùm Sale, & aceto
ſaxa, & rupes Alpium excauarit
Annibal, & per eas anteà in-
uias exercitus duxerit.

Epu-

Epulantibus temperantiæ leges præſcribit,
Nam admotus linguæ, ac guſtui, mordet,
excitat, ſiccat, aſtringit; con-
trahit, detergit, & vrit.
Et non ſolùm guſtui ſuauitate voluptas accre-
ſcit appetitui, ſed ſtomacho concoctio,
& in membra omnia ex concoctio-
ne digeſtio, & vniuerſo corpori
robuſta conſequitur ſani-
tas, & firmitudo.
Deniquè Sale adhibito aquæ luſtrali benedicto
è corporibus baptiſmate renatis
Dæmones fugantur.
Vndè meritò vberrimus naturæ fons, & hor-
reum bonorum vocatur, recreans cor, &
animũ maiori hilaritate, quàm vinum,
cordiq; vitalis eſt, imò aduerſus ſer-
pentum morſus, qui reà cor
petunt, admotus venenum
anteuertit, & enecat.
Quanto magis arte factus ex animalibus robur
habebit ad morbos, ſedan-
dos, ac fugandos.
Iure ab omnibus celebraberis linguis, PHILIP
PE FINELLE, cum tot afferas Salis Vtili-
tates, & enarrata commoda.
Viue Phylij annos, & ſcriptis tàm Eruditis
Orbem exhilera vniuerſum.

Ad

AD EVNDEM.
THOMÆ ROGGERII
Proſtrohpe.

ÆDere prompta diſce Talia
Laudes in nomen clarum FINELLAE,
Nam Sal*es ille de cœlo promit*
Vtiquè terris ęgris aptandos.
Iura natura colligit ampla;
Plantas expromit;exprimit omnes
Cœli virtutes,ſydera torquens.
Cogit ad vnum omnes Planetas.
Cœliquè Stellas ſtare decori
Suo,qui pracepit,iureque rategit
Syderum cupidus iuuandi cunctis
Noctibus vigilans Opus *ædebat.*
Vigilans itidem morbos curabat
AEgriſquè protinus normem prabebat.
quas iam ferent:extat,& impiger.
Aſtrę a cœlica cenſetur via.
Nam Sal*es exterat herbis ærumnas*
Omne,ſed malum pharmaco puro.
Qui ergo dolent ægri concedant
Nunc huius laribus ſebre ſanandi.
Placidum ſentient,atquè benignum
AEgra, quareritem opem pſaluti;
Nam ægra membra Sale curantur
Salem perdiſcite iam ſcitu dignum.

SALIVM PHILIPPI FINELLI

Empyricum Soliloquium.

CVM ſit homo rationale obiectum, cuiuſq; quam audit, vel conſpicit, compos eſt rei; quin etiam eſſet illarum, quas non videt, nec intelligit, ni primi noſtri patris à Diuini foret præpeditus violatione mandati, at ſi quando quod dicit non colligit, vel non capit, id ab eius euenit animi ſenſu, illius prorſus ex parte, ſpeciebus ſuis ordinibus non aptis; quòd ſi ſemel, quam contemplatur, rei obiectui adhæreret, & intueretur, eſſentiam peruiſurum ſe forè certa res eſt, ac ſuo ſpectato primordio, continuo ſcitus fieret veri; nec tanto cyus principijs cognitis, quam in ſe cõtinet homo, formam cerneret, cęleſtemq; concentum; Nam ipſi ſoli datum eſt contemplari, & conijcere, ac tanquam eiuſmodi, quandam in dicendo, & operando, præſtat efficien-

 tiam

tiam natura magiſtra. Prætereà cum de qua loquitur, rem non accipit, neuè concipit, ſuo vitio venit, quia ſuum haud libenter promit ſenſum, quod geminis oritur de cauſis, vel à natura non plus ei tribuente, vel arte arcana velante, ne cunctis pateſiant. Hæc autem duo problemata, vel natura ſint vel arte, ſapientes tantummodò ſapiunt, qui fando obſcuriſſimi ſunt, & ſua cogitata ſub diuerſis eliciunt hyeroglificis, enigmatibus, parabolis atq; figuris; & quanquàm conſlare videantur, certum tamen eſt, de qua diſſerunt, re, veritatem ſemper fateri, cum nequeat deliteſcere verum, nec falſum tueri, quæ quidem duę ſunt repugnantiæ, quod idem foret, quàm cœlis augere motus, Soli ſplendorem, & mari aquam. Vt autèm ex imperitorum animis, eius euellam dubium, cuius non ſunt capaces, dicam paucis. Quando Philoſophi loquuntur, haud caſu loquuntur, & eorum quàm benè ſunt intellectu capienda dicta, ac interpretanda; quoniam multis in locis ſuorum laborum cœleſtia vocant terreſtia, & è conuerſo, vt propterea mirandum non ſit: etenim ſynonima, & quæ rebus attribuunt epitheta, cuncta generatim diſſimilia ſunt. Veri namq; Philoſophi ſeſe hábent, & quæ priuſquàm pandant, peritia ſua perpendunt, ac bimodis diuerſificant, vel proprio nomine, alieno idiomate, vel ipſius

pro-

proprietate rei, itá vt expers artis nequit,quod aiunt,amplecti. Exempli gratia, Philoſophi Solem vocant aurum,& Lunam argentum; hæc,& ſi nomina non ſint, ſunt tamèn proprietates, cùm habeant ſimilitudinem,vt eſt,auri flauitatem Soli conueniri,& Lunę,argenti albedinem; alias deindè aurum appellant Solem,argentum Lunam,& hoc nihil fermè eſt,ſed aurum vocare curuis,aligut,Cęlidonia,Doeb, Gemma cœli crocea,Guth,Thitan, Vitupolo, alijſq; nominibus; & Lunam Alalchamar, Caldis, Chelez, Cancerum,Eda,foca,falda,ſiluer,ſilem,& ſimilia;quomodo poſſunt ignari,quod ſapientes inquiunt,capeſſere ? & ni fallor, in chymico colloquio meo,Mercurium viginti, cum nominibus inuexiſſe credo, ac plura induxiſſem, ſi lectoribus tœdio non extitiſſem . Quare nullus ſe valet iactitare, Philoſophorum comprehendere epitheta,niſi ſit verè ſapientiæ filius,& intàm profundo facultatem habeat pelago mergi . Qua propter queo dicere tunc hominem adhuc in primo eſſe principio,cum ſe exiſtimat perfeciſſe,tamuè principium principij, vbi rem dicit eſſe confectam.Scilicet hauſta à vegetabile quinta eſſentia, ſuum iam opinatur abſoluiſſe opus,dum cogitat (ſecundum communem) vltrà progredi non poſſe,quod falſum planè eſt At ſi veros zoili ſcirent terminos, nequaquàm

aſſentirentur cõmuni,pro certo habentes aliud ſubſequi valdè maius, vt ſunt ſales, qui ex ipſis dehauriuntur materijs, à quibus ſunt hauſtæ quintæ naturæ Hinc vero poſt hac aduenit (tametſi verę ſit homo neſcius facultatis artis) vt in excerpendis ſalibus, ex ſe, in quo Philoſophorum conſtet magiſterium, animaduertet; ac tandèm ſalibus exhauſtis, adhuc in principio verſatur; quoniam nouum è ſalibus formatur principium. Nec lateat huic totam inniti naturæ operationem, ſcire videlicet prætermeare, còm ſint ſales materia prima; vbi clarè conſpicitur, etſi magnum, in modicam redigi quantitatem, de ſalibus tamen agendo; Ad ſummam ſales prima ſunt materia, e qua cuncta ſua trahunt prima principia: etenim à ſalibus ſulphur oritur, & à ſulphure hydrargiron, à quo & materia formalis, anima inquam, ſpiritus, & corpus. Et obſerua, quòd nunq; poterit anima ſeparari, niſi prius diſtinguatur ſpiritus, quo diſcreto, corpus erit nudatum; & factis diuiſionibus, animam peruidebis vehementer facere in ſublimitate acceſſionem, ſpiritum nouas ſumere formas, & corpus nouam generationem. Sin autem à vegetebile tres attrahemus has potẽtias, primam ſanè eius animam ſpectabimus eſſe vegetatiuam, ſecundam ipſius vegetabilis formale compoſitum, tertiam deniq; ipſam mate-

teriam,quod eſt magiſterij totum fundamentũ. Adeſt cum prima ſulphur, argentum fictitium, cum ſecunda,& ſal cum tertia. Sulphur nobis indicat,quæ ſit,quam pertractamus, planta rei; argentum viuum vitale nutrimentum; ſal verò ſui cauſam principij. Quamobrem ſulphure ſublato, nequibus cuius ſit generis plantam diſcernere;& amoto hydragyrone, non poteſt nutricari ſulphur; ac dempto demum ſale, ſulphur euertitur atq; argentum viuum. Eſt tamen verum,ſalem,vti corpus fixius, à duobus ſecretum agentibus, coarctari, & in primæ ſuæ gremio matris aſſeruari,ibiq; nouas, variaſq; educere formas, velut experimur in dies. Huius namq; compoſiti,cauſa eſt alter,effectus; ſal ſiquidem totius eſt cauſa prima generationis, quod eſt agens haud facilè modernis notum Philoſophis, cùm ſemper vbi non cunctatur exquiſiuerint, & perquirunt: effectus verò ipſæ ſunt rei operationes; & eſt perſpicuum hoc eſſe illud ens inuiſibiliter operans,nec materialibus conſpicari oculis. Quare obteſtari queo tanquam Aſtrologię profeſſor,in tantum illud agere,inquantum ſecundæ cauſæ, altiſſimi virtute, cęleſtem ei vim demittunt. Quod ità ſit, ipſa nos inſtruit experientia, non poſſe ſcilicèt contradici,calorem hunc formalem compoſitionis agentem, abſolutionem acquirere, ni fuerit

actu in ſpermate reconditus animali, vel vegetabili, vel minerali. De hac nempè materia in occultarum libro virtutum viperarum, affatim diſputauimus, vbi inquimus, non in omnibus ſpermaticis vaſibus eſſe actum ſuum ſemen, cùm nihil ſit quàm viuus naturæ calor; quòd ſi cuncta animantia ſuæ tempore generationis hunc haberent animatum calorem, cuncta quoq; generatim eſſent ad generandum apposita, ſed quare deficiat, cauſa ignoratur; & ſuper hoc, licèt varij varia dicant, reapsè tamen cęleſtis ratio eſt, dum totum à ſtellis probamus cauſari, quemadmodum in effingendis figuris crebriùs obſeruauimus, quando videlicèt in decima, vndecima, quarta, & quinta, infortunia reperimus, indubitanter generatio negatur, & hoc quo ad cauſam; quo verò ad rem, quando in ſpermate calor non viget ſufficiens, nullo pacto poteſt generatio ſubſequi; & quod de homine dicitur in cunctis generatim eſt animantibus: Et ſic deficiens calor hic viuificans in vegetabilibus, qui vtiq; calor eſt ſemina fouẽs, nequeunt fructus proferre; idem & in metallis, nàm cum viuificatum non inſit ſemen, nec ad explationem deuenire valebunt. Colligitur proindè, quòd vbi ſperma ſufficientiam non obtinet ſeminis, nihil ſufficit parturire perfecti. Semen igitur agens eſt, ſperma patiens, & hoc

hoc ſemen calor eſt ſperma viuificans, & ab eo indiuiſibilis atq; conglutinatus, quo deficiente, conſequenter deeſt, & generatio. Nos itaq; de ſalium materia, hac in noſtra diſputatione in genere diſceptaturi, eſt, hominem neceſſe pertentare, quid in ſe contineat, & vndè ſuum deriuet principium.

Sal ergò nonniſi homogenea ſubſtantia eſt, ex qua quæcumq; formatur compoſitio, & veluti ſales cunctorum ſunt generatim principia corporum, ità & corpora compoſitio ſalium, & quæ nos nequimus natura in ſuis primis prę hendere principijs, ex ipſis carpemus arte corporibus, & ſic cunctarum in genere poſſidebimus rerum ſales, animalem tamen à vegetabile ſecernendo naturam, & vegetabilem à minerale, quod erit omnium magiſteriorum (in materia ſalium) verum, ac reale principium, quorum prius de carnibus agemus, ſecundo de vegetabilibus, & nouiſſimè de mineralibus, cũ ſuis naturis, virtutibuſq; diſcretis.

De animalium ſalibus in genere. Diſput.I.

EX quatuor nempè elementis, concreta ſunt animantia cuncta,calido ſcilicèt,& ſicco; calido,& humido; frigido, & ſicco; frigidouè,& humido,ac ſeptem coagulata rebus, vt ſunt oſſa, ſanguis,pellis,nerui, caro,pili, & vngues, extat cum oſſibus frigidus planeta Saturnus. Retentiuæ virtutis prædominans in ventriculo.Beneficus Iuppiter cũ ſangeine,creſcẽtis, & generãtis dominator.Mars bellicoſus cum pelle attractiuæ dominus in miſeraicis venis. Sol viuificans cum neruis,conſeruator vitalis. Venus cũ carne,appetitiuæ fautrix,& guſtus. Mercurius ingenioſus cum pilis imaginatiuæ author in cerebro.Et Luna deniq;cum vnguibus,animalis virtutis gubernatrix, & ita prodigioſæ naturę ſtructura compaginatur,& carnes conſequẽter cœleſtibus generatim celificatæ virtutibus. Species verò plus,minuſuè ſunt virtutis, nàm quæ ſunt natura ignis,vnius ſunt virtutis,& quę terræ,alterius. Quapropter,vt earum occultas perſcrutemur virtutes, ſingillatim de cuiuſquè nos oportet naturis diſſerere, & qualitatibus,

ac deindè modum deſignare, quomodo in ſales redigendæ,& elaborandæ,vt quod expetit homo munus, queat aſſequi pro humanæ adiumento ſalutis.Pertrahuntur ergo ſales generatim à carnibus,hoc modo,videlicet.

Ea,quæ carnium portio libuerit ponatur in olla noua,bene occluſo ore,& comburatur, donec decoctus albatuſq; fiat cinis, quo exacto, nubiū ſumatur aqua .ſ. aqua pluuialis & bis per lābiccū diſtilletur,cōdatur hęc in vitro,collocādæ materiæ ſufficiētecapa ce,& incipiēs feruere,immittātur ipſi cineres,ac poſt vel tribus emiſſis feruoribus,relinquatur vas nulla ignis adiectione,vt aliquātulum deferueat;deindè aliud lato ore recipiatur vitrum aptum materiæ,in quod per mundiſſimum pannum, ſiuè filtrum ipſa percoletur aqua; & ſuper calidos,ad euaporandum,cineres locetur, in cuius fundo, aqua exiccata, ſal reſidebit,qui leporis colligetur pede, & in vitro ſeruetur ad vſus,& hic eſt certus atq; realis ſal carnium,ac forma ſtruendi.

De

De Sale Viperarum num. 1.

FOEminarum detracta pelle viperarum, & ōnibus inteſtinis, capitibus, caudis, & carnes in olla ponūtur ad cōcremandū vt ſupra, cineres conuertendæ, de quibus fit cum aqua pluuiali lixiuium ſæpius diſtillata, tùm in vitrea trulla ore aliquantum grandi exiuanda locatur, & ſic ſal erit in ſundo; qui quidem mirificus eſt, pretioſus, ac maximę exiſtimationis. Eſt vipera cali-

Nat. da, & humida natura, & carnibus valdè

Virt. viuificantibus in dominio Solis. Sumpto de hoc ſale ad pōdus decem acinorū congruis cum liquoribus, confert acutę febri, grauedinibus, aſthumæ, aſmati, tuſſi, & cūctis corporis ægritudinibus, quæ procreātur intercutem. Eſt leproſis admirandus, epaticis fluxionibus, tonſillis, omnibus ex hepate morbis prodeuntibus, ac cuiquè vulneri ſuperpoſitus, item & febricitantibus; libenter digerit, & naturalem auget calorem. Qui hoc totos dies ſale vtitur, ſe diutinè tuetur, nec excinditur tàm cito iuuentus; pellem inſtaurat, ac de ſene iuuenem facit; contra peſtem potens eſt, corruptum aerem, atq; venena, mundat renes, & veſicam, frangitq; lapidem, ad ſum-

ſummam huius innumeræ ſunt virtutes; & vbi de ipſarum agitur oleo, mirum ſanè eſt ad frigidos dolores. Ideò noſtra quæſo diſputatio conſideretur, in qua de hoc, cumulatè pertractamus, & cum ſit vipera tantæ circumſpectionis, propterea inter 48. cœli imagines, illam ſtatuerunt priſci ſub nomine ſerpentis.

De Sale Scorpionis, num.2.

DEſiderata accipiatur quantitas Scorpionum, caudæ pręcidantur, & in optimo vino reſideant corpora ad horam, hauſta, poſtmodum, condantur in olla benè obſtructa, igni reuerberationis calcinanda, & in albos cineres redigenda, mox ſolitum lixiuium cum diſtillata aqua cęleſti, quemadmodum de viperis, vt ſale perfruatur Scorpionis. Humida, & frigida na-

Nat. tura ſunt in dominio Martis. Huius namq; ſalis virtutes, æquiparantur viperis, ſex acinorum eſt pondus congruis cum vehi-

Virt. culis, ceù ſuo loco dicetur. Cunctas generatim curat pleuritides, lateris dolores, acutam febrim, triſtem, & ethicam, apoplexiam, hydropem, miſeraicarum obſtructionem venarum, frigida, & calida vene-

na;

na,atq; venenatos,lapidem comminuit in renibus, & veſica. Et facto demum electuario cum rute,bacchis,lauri,& carlinę, præualet tempore peſtis.

De Sale Arietis, num.3.

HVius exuritur caro cum oſſibus, & cinere facto,ac lixiuio,¦vt prius in aqua diſtillata nubium, ſal in melliſſopholi aqua liquatur,ac iterum congelatur,& in vitro adſeruatur ad vſus. Calida, & ſicca natura eſt
Nat. Sole domino. Virtutes ad paralyſim ſunt,
Virt. apoplexiam, hypropem, quodq; profluuium,& ethicam febrim,ac latices omnes pituitoſos; decem ſunt acini doſis, cum aptis liquoribus.

De Sale Tauri, num.4.

FIT ad inſtar Arietis,de carne ſcilicet, & oſſibus, ſed lixiuium in aqua Chelidoniæ.
Nat. Venus illius eſt dominatrix, frigida, & ſic-
Virt. ca natura habet facultatem in omnes renium morbos, colicos dolores, coxendicem,captoſq; neruos. Doſis decem eſt acinorum. Si recentes fuerint morbi, ſat erit ter ſumere in appoſitis liquoribus, ſin autem

tem vetuſti,quindecies; alui beneficio carentibus eſt valdè perfectus,atq; conquotioni, & animalem cumulat virtutem, & appetitiuam.

De Sale Canis, num. 5.

DVo,vel tres catuli ſumantur, apertos habentes oculos octo antea diebus, ſuffocentur in optimo vino albo, & ſic vrantur maditi ad cineres pro ſale, & ſolito lixiuio in aqua tamen ſauinæ.Canis, & hærba
Nat. huiuſmodi in Lunæ dominio ſunt,frigida,
Virt. & humida natura,diſtillatur hærba per vitreum,vel argilleum lambiccum, non autem cupreum.Virtute pollet cuiuſq; præpediēdi profluuij in manus,pedeſq;labentis,ac podagræ:& ſi frequēter,quis ea vtitur,nō tā crebrò dolor ſentitur.Sanat obſtruſos,hydropicos, lienicos, arquatos, & lienterinoſos. Doſis viginti ſunt acini in liquoris ſuetis.

De Sale Leonis, num. 6.

FIat carnium, oſſiumq; combuſtio cum heliotrophij hærba tertia parte,in benè operculato vaſe,ne fumus abſcedat,& lixiuium

de

de cineſibus in ipſius heliotrophij aqua, & ſal reponatur in vitro ſicco in loco, huius carnis, & hærbæ Sol eſt dominus, cali-
Nat. da, & ſicca natura. Sunt quidem ſupernæ
Virt. virtutes, etenim cordis eliminat paſſiones, febrim per ſudorē, climinat paralyſim, tumores, ſanguinis fluxus, ac tertianā; vitalē adauget, animalemq; virtutes, eſt doſis decem acinorum cum, &c.

De Sale Vrſi, num. 7.

LEonis, & Vrſi vna eſt manipulatio, ſed lixiuium in aqua roſmarini, vtraq; ſubeſt Mar-
Nat. ti, caro ſcilicet, & hærba, calida, & ſicca na-
Virt. tura. Virtutem obtinet in termoſa vlcera, plagas inſanabiles, externas fiſtulas, ſpirandi difficultatem, & patientes in reſpiratione, octo ſunt acini pondus cum, &c. ac etiam cordis palpitatus.

De Sale Lupi, num. 8.

HIs de more exuſtis, & factis cineribus, fit lixiuium in aqua plantaginis, eſt hic ſal
Nat. natura Mercurij. Lienterię, & obſtructioni
Virt. medetur, tabidis, eſt Aſmaticis, lunaticis, & alui torſionibus, ſtomachi dolori-

bus

bus, hydropicis, & quartanæ, octo vel decem ſunt acini doſis cum, &c.

De Sale Cerui, num. 9.

CErui carnium, oſſiumq; cineres, chelidoniæ imbibuntur aqua, & per horas decem indigeſtione linquuntur, & lixiuio facto, ſal *Nat.* fixabitur. Mercurius Ceruo præeſt, & che- *Virt.* lidoniæ, huius planè raræ ſunt virtutes, podagram nimirùm, chiragram, eiuſq; ſpecies cunctas ad ſalutem reducit, dolores item artheticos, paralyſim, hepaticos fluxus, atq; animi ęgritudinem, doſis decem ſunt acini cum, &c.

De Sale Leporis, num. 10.

DE huius cineribus, velut de antecedenti paratur lixiuium, ſed in aqua marubij, vt *Nat.* ſale fruatur, qui Saturninus eſt, & colicæ *Virt.* conuenit paſſioni, hydropicis, ac genuum, tibiarumq; tumoribus, & plagis quibuſq; in abſynthij maceratus aqua, decem ſunt acini doſis cum, &c.

De Sale Cygni, num. 11.

IN argilleo vaſe lutato, cum ipſis plumis reuerberatorio committitur adcineres, lixiumq; conficiendum, cum aqua diſtillata verbenæ pro ſale in vitro recondendo ad

Nat. vſus, cuius Venus domina eſt, & animalis

Virt. exagerandæ virtutis mirus quidem, ſtomachum alit, naturalem addit calorem; iuuat renium dolores, & capitis ex cauſa debilitatis, ac ethicam febrim alicuius vſu temporis, & renes purgat, atq; veſicam, decem eſt acinorum doſis cum, &c.

De Sale Aquilæ, num. 12.

SIcuti de præcedenti factum eſt, ità de hoc, lixiuium in aqua ariſtolochiæ longæ, & ſal ſer-

Nat. uatur, vt ſupra, ſunt in dominio Iouis hæc

Virt. hærba, & caro. Aſmam eijcit, tuſſim, pectoris anguſtiam, & cunctas ægritudines ceredrum diſtinentes, fœtum cuſtodit ad metam; occulta in alui torſiones proprietate potitur, ſeminalia fouet, mulierumq; matrices, decem eſt acinorum doſis, cum &c.

De Sale Corui, num. 13.

HVius per reuerberatorium exceptis cineribus, veluti de cęteris volatilibus, & in hellebori nigri aqua diſtillata lixiuio, ſal
Nat. adſeruatur, vt ſupra. Saturnus horum prin-
Virt. cipatum poſſidet, Corui ſcilicet, & herbæ; Diruit hydropem, melarchiam, atram bilem, paralyſim, arthriticos dolores, & cũcta peſtilentialium, ethicarumq; genera febrium, ac puſtularum ſpecies, doſis octo ſunt acini cum, &c.

De Sale Turturis, num. 14.

TVrture, vt prius concremata ad cineres, fit lixiuium in aqua linguæ paſſaræ diſtillata, manens, in tribuſquibuſquè aquæ libris, vnam eſſe cinerum apponendam, & vt ſo-
Nat. lito filtratam ad ſalem. Solis natura eſt, &
Virt. cuncta vim tenet conſtipandi genera fluxuum; calfacit ſtomachum, calorem accreſcit, laterum dolores auertit, & renes purat, octo eſt acinorum doſis.

De Sale Caponis, num. 15.

Oſſa tantummodò per reuerberatorium aduruntur ad cineres, & in melliſſophili aqua lixiuium pro ſale. Eſt in imperio So-
Nat. lis, & multæ quidèm virtutis in ethicas fe-
Virt. bres, membra capta, paralyſim, ac tumores omnes; vitalis, & animalis ſummopere augeſcunt illo virtutes, & corporis quoq; cœteras cunctas, tabidis defert, & podagræ, ęgrotis multum eſt nutrimenti. Scientes autem hoc ſale vltrà penetrare, nullo valent labore corrumpens aurum, menſtrum excerpere; prætereà callentes philoſophorum pertractare magiſterium, verū potabile haurient aurum, per lambiccum facile diſtillandum. Sex ſunt acini doſis, at ſi longioris temporis fuerit morbus, octo exhiberi poſſunt cum, &c.

De Sale Perdicis, num. 16.

Harum ſufficiens comburitur portio igne reuerberationis, vt ſupra, ad cineres, & lixiuium in aqua ſaluiæ, hæc auis, & herba
Nat. in ditione ſunt Veneris. Valdè bene ſtoma-
Virt. chum remittit; conſtat profluuia; naturalem conſeruat calorem; quater, vel quinquies

quies ſi vtatur in mẽſe cum ſale abſynthij, corpus vtiq; ſuſtinet incorruptum;optimę eſt nutricationis,fautor generationis;laterum pellit dolores lapidem dilaniat depuratq; renes,doſis decem eſt acinorum cum,&c.

De Sale Pipionis, num. 17.

MAnſuetorum, & vix pennatorur horum placita quantitas in teſtaceo vaſe,reuerberatorio calcinanda locatur, pro cinere, & lixiuio in aqua verbenæ. Sunt enim na-
Nat. tura Veneris,& ſal eorum bilem abſtergit,
Virt. & męſtitiam; prodeſt appetitiuæ guſtus; apoſtemata cuncta in hepate, & pulmone procreantia ſedat;eſt contra peſtem,& aeris corruptionem; bilioſis accurrit,& bonam gignit educationem,octo vel decem ſunt acini doſis cum, &c.

De Sale Cœti, num. 18.

QVoniam de quadrupedum hucuſq; volatiliumq; carnium ſalibus diſſeruimus, dignum ſanè erit,& de piſcibus diſputare, cùm generatim in natura ſint animalitatis, ac proindè de nonnullis aliquid de-

promemus,& primo de Cœte, hoc videlicèt pacto; huius ſiquidem oſſa in optimæ reuerberationis clibano bene calcinanda ponuntur,& lixiuium in aqua nubium,deindè filtratur, & euaporatur ad ſalem, quemadmodum de cœteris dictum eſt.

Nat. Saturnus in genere, & Venus in ſpecie

Virt. huic dominantur belluæ. Tergit renes, atq; veſicam;lapidem emittit; eſt admirabilis tormina patientibus;ſuccurrit formicæ plagis aſperſus in puluerem,vel ſolutus in aquam; & cuiquè admotus vulneri redintegrat,ac oris in genere vlcera cuncta, decem ſunt acini doſis cum,&c.

De Sale Delphini, num. 29.

HÆc etiam oſſa igne aduruntur reuerberationis ad calcinatiſſimos cineres, & aqua ſauinæ in putrefactione locandi per horas 24.calore digeſtionis,aperto vaſe, vt euaporent, & libra cinerum infunditur in ipſius aquæ ſemiſſem, & mox lixiuium aqua arthemidis pro colligendo ſale. Saturni

Nat. nus eſt hic piſcis, habet vires in laterum

Virt. dolores,in riſpirandi difficultatem,pectoris anguſtias,& puſtulas, ac antiquas plagas curandas,& ſalis huius oleum,cicatri-

cum

cum vulnerumq; ſigna delet,doſis decem eſt acinorum cum,&c.

De Sale Polypi. num. 20.

POlypi de paruulis, muſcum ſapientibus, in placita quantitate, & in vaſe fictile vitriato, reuerberatorio clibano, vt albiſſimi conuertantur cineres, committuniur, lixiuium vero in oluſatrorum aqua ſtillata,quod filtratum in vitro,euaporet,vt ſolitè,& ſal velut aquaceus apparebit albus.

Nat. Huic Luna præſidet; ſanos nempè facit

Virt. Polphilarios; totam de plagis putridam carnem eruncat; mariſcas temperat in maluacea aqua ſolutus, ac hepaticos in cicorinea fumuſq; terræ aquis, item & cicatricibus ſinit creſcere carnem,doſis per or,octo ſunt acini cum,&c.

De Sale Spongiarum maris, num. 21.

IMmerguntur in communem aquam calidã, tùm nè arenarum remaneant ſpurcitiæ, benè luuntur,ac in teſtaceo vaſe vitrato, reuerberatorio calcinandæ mandantur, & factis cineribus, ſequitur lixiuium in parietinæ aqua diſtillata euaporandum pro

Nat. ſale. Sunt in dominio Mercurij; quarum ſal
Virt. calculum exterminat in minutiſſimas are-
nas per vrinam, & gumiæ tumores, ac ru-
bores; ſuperpoſitus plagis; nouam produ-
cit carnem; & Sanctæ Crucis aqua liqua-
tus, formicę vulnera conciliat, decem ſunt
acini doſis per os cum, &c.

De *Sale Vnionum*, *num.* 21.

QVædam exiguarum foraminis carentium
carentium quantitas vnionum pulueri-
zetur in mortario; & ſtillati mellis admi-
ſceatur aqua, vt calcinetur, & palpabilis
fiat, ac in bene lutato mittatur terraceo
vaſe vitrato, ne valeat reſpirare, & per ho-
ras 12. in reuerberatorio remoretur, mox
cuiq; vnciæ pulueris, libra tribuitur aceti
ſtillati ad horas 48 decoquendum, paula-
tim deinde decantetur acetum, & per dul-
ciarium diſtilletur, vt ſic ſal permaneat; re-
cens iterum refundatur acetum in vaſe
digeſtionis, & vt prius fiat, donec ſal de
vnionibus deuellatur in totum. Sunt enim
Nat. in dominio Solis, iſte ſol totius corporis
Virt. extenuatus reficit virtutes; florentem ſu-
ſtentat carnem frequenter vtentibus illo;
ſuperfluos cunctos dirimit morbos in ſto-

ma-

macho reſidentes, & vehementer munit, ac item tartareos latices omnes; podagram adiuuāt, arthriticos dolores, calculos, arenulas, & lotij difficultatem, eſt decem acinorum doſis eum, &c.

De Sale matrum vnionum, num. 23.

IMpolitè contuſæ, & ſic aridæ in lutaceo vaſe verberatorio dantur ad horas 48. tùm reponuntur in vitro, & cuiq; pulueris vnciæ libra infunditur aceti ſtillati ad quinque, vel ſex dies digerendæ, & aceto decantato, euaporent, vt ſal remaneat; ac rurſus reſundendo acetum, fiat veluti de vnionibus, donec ſal funditus euellatur, quo hauſto, perluatur aqua communi ſtillata, eouſq; aceti profluat odor, & in vitro ſerue-
Nat. tur ad vſus, gaudent dominio Solis, & ſal
Virt. iſte eneruatis præcipuè occurrit ſtomacho, atq; digeſtioni; mulierum refocillat matrices ad fecunditatem; expellit febrim, męſtitiam, & grauedinis humores.

De Sale Coraliorum, num. 24.

HOrum libita portio craſsè contunditur, & in teſtaceo vaſe hoc modo ſternitur, vi-

 de-

delicet ſtratum ſuper ſtratum de fruſtris mali maſſalici acrimoniæ abſquè ſeminibus,& de coralijs iam côntuſis,ac per horas 48. in vitraria fornace ſtatuitur; tùm per horas 12.in optima aqua vita funditur digerenda, deindè in ſtorta vitrea, & benè obſignato recipiente, cum ſedulitate ſtillanda decantatur ad ſalem, ac rurſus aquā illam refundendo ſuper,quæ remanſerunt, fœces in decoctione ad alias horas 12.fiat vt prius, donec ſal radicitus euacuetur,
Nat. qui Solis lætatur dominio,& vitalem,ani-
Virt. malemquè virtutes facit valentiores,hilaā rat cor;aciem illuſtrat oculorum; cibum libenter diſtribuit,perluſtrat ſanguinem; profluuia reſtringit; colicos explodit dolores; menſtrua prouocat mulieribus, & corporis reſtinguit torſiones, ac febres, cordiſq;palpitationes, ſumendo cum liquoribus.

De Sale Spondylorum, num.25.

SIT horum ſufficiens quantitas, & cultro vt poteſt, eorum auferantur immunditiæ, ac in ſolito vaſe, reuerberatorio calcinanda ſiſtatur ad albiſſimos cineres, actuè poſteà puluerizandos, vt impalpabiles ren-

tan-

tantur, moxq; aqua adhibeatur pluuialis crebriùs diſtillata in vitrea matula, vt bulliens, immergantur illi cineres, & per horæ quadrantem ferueant, tùm in aliud vitrum euaporandi filtrentur, & ita ſal erit valdè perfectus, qui in alio vaſe condatur ad

Nat. opus Veneri ſubeſt à cunctis incurabili-
Virs. bus patientes liberat vlceribus in abſynthij aqua liquatus, ac halitus grauitate ad pondus octo acinorum ſingulis vicibus in abſynthij ſyropo potatus; & cum ſucco meſſalici mali veſicam extergit; circum plagas vitioſam carnem corrodit; & in ſyropo mali cotonei profluuia continet corporis.

Quæſo, nè ſit lectori admirationi, quòd inter carnium ſales, piſciũ quoq; inueheximus, & muſculorum, cùm fuerit nobis ratione viſum, hac in parte magis, quàm in ſequẽtiillos inſerere, quare, tùm pro huiuſmodi abſolutione, tumuè, ne huic volenti incumbere facultati, moleſtiæ ſimus; inquimus, è quaquè poſſe carne extrahi ſales, quemadmodum extat digeſtum, & cunctis generatim, è cerebro prodeuntibus morbis eſſe proficuos, febribus vehementer appoſitos, ac impeditionibus ſeminalium receptaculorum, internis externiſq;

na-

naturæ plagis, & omnibus deſtitutis vlceribus, in paululo vino albo generoſo, item & morſibus animalium veneratorum, mariſcis, & ſcatenſibus quoq; vermibus exceribus deſuper aſpergendo ad duorum vel trium pondus acinorum quaq; vice, & per os ad decem cum liquoribus.

De vegetabilibus. Diſput. II.

QVanq; ſimpliciſſimæ generatim ſint compoſitionis vegetabilia, diuerſa tamen, ac penè innumera in ſuis ſunt ſpeciebus; adeò vt fermè dicerem maioris eſſe numeri, quàm animalia ipſa; & licèt hæc eorum ſimpliciſſima ſit compoſitio, varias nihilominus (vt conſpicimus) ac diuerſas ſibi vendicant naturas; etenim eorum quædam in primo ſunt calida gradu, quædam in ſecundo, in tertio quædam, & quædam in quarto, ſunt & è contra de frigidis, ipſis in gradibus, & naturis, ac quoq; de contemperatis inter calidum, & frigidum, ex quò clarè eorum patet varietas naturarum, & in forma, & in ſpecie. Ergò cùm ſint natura diuerſa, di-

uer-

Digitized by Google

uerſos quoq; eſſe, quos germinant effe-ctus, perſpicuum eſt, quemadmodum ex ipſorum varietate aſpectuum benè digno-ſcitur. Iduè totum ex mixta oritur, quam cum cęlis tenent, corriſpondentiã, qui ceù cauſæ ſecundæ, & prædominatores, vno tempore magis, quàm alio, influunt virtu-tem; quod vtiq; patens eſt, quoniam in om ne, quod humus profert, vegetabile, per-ſpicitur, per ſtellificam (quam in ſe conti-net) naturam, corriſpondentia cum ſtellis; vt propterea liberè atteſtamur, haud poſ-ſe homines per ſe ipſos cuius numeri ſtel-læ ſint in cœlo præſcire, nec quot hic in terris vegetabilia iactitare. Et hinc quo-dammodo aduenit eos non valere elicere verum, cuinam, vegetabile ſubſit pecu lia-ri ſtellæ; bene ſanè ſcimus, Valerianam, (exempli gratia) Capricornum de ſignis cęleſtibus habere dominatorem, natura Saturni friggidi, & ſicci, non tamèn cui ſtel læ diſtinctè, vel ſub qua imagine aſſidere, præterea aſparagos nouimus calidos in primo gradu, ac temperatè humidos in domo Veneris, & mirabiles in renium, & hepatis obſtructionibus effectus progi-gnare, verùm tamen cui ſtellæ ſeruiant ignoramus. Scimus, & hypposelmum ca-

lidum

lidum in ſecundo in dominio Solis,& ſiccum in fine in ditione Cancri, en ergò, quomodo inæqualitas diſcrepat à quo ſibi homo præſumit.

Nec iſta ratio eſt, ſed illa vt dictum eſt,nimirũ nos ſuam non prænoſcere ſtellam, & quæ modo ſentimus, quoſdam eſſe effectus, quos ipſa afferunt vegetabilia, ac tamquã eiuſmodi;ſeptem aſſignauimus planetis,& duodecim Zodaici ſignis, nec plus vltrà eſt homini delatum. Verùm ducti coniectura verę philoſophiæ (velut ſuperiùs annuimus)probamus, ſuper terram non eſſe plantam,quæ præcipuo ſtellæ alicuius non ſubijaceat imperio; nam elemontaris natura, cui plantæ ſunt adequatæ, conuenit planetis, quia, & ipſi ipſam ſortiuntur naturam;at ſi homines ſtellam diſpoſite pernoſcerent in vegetabile dominantem, illud vtiq; ampliùs experitentur, quod minùs hodie experiuntur, & rebus deſeruire dignoſcerent,quas modo non intelligunt, ac phyſicis cum terminis ſcirent cauſæ prodere rationem;& hoc deficiente,aliam nequeunt deferre ſententiam, quàm occultas eſſe naturæ proprietates,ex quò ſapientia noſtra ad ampliùs non tendit; & ſolũ per obijcientes nobis operamur qualita-

lita-

ſitates,ac illas decerpimus virtutes, quas noſtra nobis ſuppeditat voluntas, Itaquè nos non valentes cum ſuis præcipuis vltrà procedere ſtellis,vel per ſigna ſubintrabimus,& planetas; priſcorum ordinem proſequendo, qui quippè maioris quàm nos moderni fuerunt obſeruantiæ,de illis tantummodo rebus agendo,de quibus,& lõgo exercitio, & experientia fecimus periculum,omni conatu laborantes de eorum contexere naturis,dominio, & virtutibus, ac præcipuè de ſalibus, ſuis qualitatibus, vero conſtruendi modo,atq; ſtatutis temporibus quomodo operandis, pro humanæ naturæ reſarcimento.

De modo extrahendi ſales è cunctis vegetabilibus.

DVpplici modo generatim è vegetabilibus educuntur ſales,altero quando in herba ſunt,in lignis altero.Quando in herba,colligitur (exempli gratia) quæ libuerit endiuiæ quantitas, & per luteum lambiccum diſtillatur,& quę exierit aqua, ſeorſim ponitur, & quæ in lambicco reliquiæ remanſerunt,exuruntur,ac be-

bene calcinantur, donec cineres albiſſimi fiant; tùm ebulliat bene aqua illa diſtillata in vitrea matus, & feruens immergantur illi cineres, vt parum bulliant, & in quaſq; quatuor aquæ libras, vnam tantùm, eſt aduertendum, eſſe infundendam cineris, & & facto lixiuio, per filtrum, vel dupplices lineos pannos decantatur, vt clarum veniat ad inſtar aquæ, & in alia trulla conditur aperti oris, & furniculo ſiſtitur euaporandum, & ſic ſol recipietur in fundo, & in vitro aſſeruatur ad vſus.

De lignis, eiuſmodi eſt, excipiuntur ſcilicet ligna, à quibus ſunt eliciendi ſales, & fit cinis quemadmodũm de herbis, & lixiuium in aqua diſtillata eiuſdem ſpeciei, ſi quiuerit haberi, aliàs in pluuiali bis diſtillata, filtrando, & euaporando, vt ſolitò ad ſalẽ. & quod eſt de endiuia dictũ, de quauis alia eſt herba ſentiendum.

De Sale Aniſorum num. 1.

DEcens hæc herba ſtillatur, & ſeorſim reponitur aqua, com buruntur fœces, & ſolitum de cineribus effingitur cum ipſa aqua lixiuium ad ſalem, calida & ſicca natura in tertio gradu eſt, dominio Martis.

Nat.

Virt.

Mul-

Multis enim inſeruit iſte ſal, hydropicis videlicet, hepatis obſtructionibus, halitus grauedini, corporis ventoſitati, dyſſenteriæ, fluxibus, auguſtiæ pectoris, flaſibus malencholicis; ſtomachum confirmat, pituitam emollit, expurgat renes, & allicit vrinam, ſex ſunt acini doſis cum, &c.

De Sale Oxalis, num. 2.

DE hac herba, vt de endiuia per omnia ſit, & lixiuium, & ſal, quod ne ſoluatur, in vitro cuſtoditur, frigida, & ſicca natura eſt in *Nat.* dominio Saturni. Præeſt febricitantibus, *Virt.* cordis paſſionibus, fluxibus, dyſſenteriæ, ſtomacho, aeris corruptioni; ſitis extinguit ardorem; & vehementer à putredine protegit humana corpora, ſex vel octo ſunt acini doſis cum, &c.

De Sale Aceti, num. 3.

STillatur acetum, & quædam in retorta ad inſtar mellis, materia manebit, quæ in teſtaceo vaſe vitriato reſtricta, quaſi in puluerem redigetur, mox in mortario contunditur, & in luteo vaſe reuerberatorio calcinanda transfertur; poſtmodum in vitro

aqua

aqua communi diſtillata per ſex, vel octo horas digerenda, deindè filtratur, & aqua in trulla ponitur latioris euaporanda, vt ſolitò, & ſic ſal erit valdè perfectus, frigidus in primo gradu, naturæ Lunæ. Tumo-
Nat. res fugat, rubores cunctos, verrucas, cica-
Virt. trices, & callos; necatq; vermes in plagis, verumtamèn exhibendus cum fuerit, in diſtillato liquetur, decem eſt acinorum doſis cum, &c.

De Sale Appij, num. 4.

QVemadmodum de cęteris geſtum eſt herbis, ita de hac, lixiuio, & ſale, cum aqua propria, calida natura in gradu ſecundo
Nat. Solis imperio, naturalem calefacit calorē;
Virt. menſtrua excitat mulieribus; inſtoſitatē pulſat è renibus, calculum, & lapillos; eſt bonus hepati atq; lieni, octo vel decem ſunt acini doſis cum, &c. vel diſtillatis aquis.

De Sale Epatoriæ, num. 5.

POſt facto, vt ſupra ſale, ſeruatur in vitro; quòd ſi hujus recens non quiuerit aqua haberi, fiat in pluuiali ſtillata lixiuium, eſt qui-

Nat. quidem contemperata natura Veneris, &
Virt. contra inflammationẽ ſtomachi, pleureſim, interna apoſtemata, ardentes febres, ſcabiem, vlcus capitis manans, morbum pedicularem, rabioſi canis morſus, cuncta generatim vlcera, etiam gallici morbi, & vermes, octo ſunt per os acini doſis cum, &c. extra verò liquatur in aqua tepida.

De Sale Anonidis, num. 6.

VElut cæterę herbæ eſt hęc manipulanda, & lixiuium in aqua propria, calida natura in gradu tertio dominio Solis, calculum
Nat. infringit, & mittit per vrinam; laterum do-
Virt. lores aufert, mariſcarum fluxus, lienis, ac hepatis obſtructionem; & hauſtum in aqua ſua ſtillata, protinus duſuriam ſoluit, ſex eſt acinorum doſis cum, &c.

De Sale Artemiſiæ, num. 7.

PRoſequitur, vt ſupra; eſt in dominio Arietis, ſed Marti tribuitur, quòd in ſecundo ſit calida gradu, fert manſtrua mulieribus, & fę-
Nat. cundat, ac poſt partum ſecundinas abijcit,
Virt. renes luſtrat atq; veſicam, ſunt ſex acini doſis cum, &c.

De Sale Ariſtologhiæ longæ, rotundæ. ☿.

AQua per diſtillationem ducta, & de ambuſtis fœcibus, factis ſolitis cineribus, ac lixiuio, excipitur ſal, eſt in ſecundo gradu natura Iouis, obſtat Veneris; aſthmaticos reſtituit, lienem, corporis torſiones, laterumq; dolores; ſingultus reſedat, præpedientes reſpirationem tollit angores; frigidis febribus maximè eſt alleuationis in ſtillatis profuſus aquis; gengiuas retergit, dentes firmat, carneuè cingit, ſeptem ſunt acini doſis cum, &c.

Nat. *Virt.*

De Sale Abſynthij, num. 9.

PRotenditur ſuperiori modo, eſt enim natura calida in primo; & ſicca in ſecundo gradu, dominio Solis, oblatus in aqua diſtillata ad pondus octo acinorum ſingulis vicibus, cuncta febrium genera confutat, tertianarum ſcilicet, quartanarum, quotidianarum, & continuarum, ac plurimas ægritudines, etiam luem in accomodotis liquoribus, huius vſus ad aliquod tempus, morbum corripit gallicum, licèt in medullis; ventriculum ſepit, & mira per ſudorē efficit; putridam, quæ intercus eſt, aquā ex-

Nat. *Virt.*

excludit; mariſcis, cunctiſq; eiuſdem naturæ morbis pauxillum ſuper aſperſus, recreat; plagas ſemper pute ſcatentes detergit, & quæq; vulnera ſuper impoſitus ; ſtomachum roborat, atq; hepar, & perfectam digeſtionem permittit ; profert hydropicis, alui, matriciſq; doloribus , culicæ paſſinni , & cuiq; torſioni , item lentiginibus, impetiginibus, capitis furfuribus, iiſdemq; vitijs, atq; verrucis in ipſa aqua liquatus; & cicatrices æquat abolendo ſigna , doſis peros, ſex ſunt acini cum , &c. admonens , ſales hos , poſt purgationem patientibus adhibendos.

De *Salt Bugloſſi*, num. 10.

Exuſta hac herba, & in ipſius aqua, ſicut de ceteris, expleto lixiuio, deuenitur ad ſalem, in Veneris eſt imperio, contemperata na-
Nat. tura , & præſidium podagræ, & vlceribus ;
Virt. deliquia extirpat matricis ; ſanguinem emundat; lætificat cor; ac multum intereſt febricitantibus, doſis ſex eſt acinorum cũ, &c. at curandis vlneribus in propria offertur aqua, qua deficiente , buraginis vtatur diſtillata.

De Sale Balſaminorum, num. 11.

POſt omnibus, vt prius peractis, aqua ſcilicet, cinere, lixiuio, & ſale, rurſus ipſa aqua filtratur, in qua ſal ipſe diſſoluitur, & iterum

Nat. exiccatur, & euaporet, vt ſal perlucidum

Virt. fiet; qui contemperata natura eſt in ditione Veneris, & colicis appoſitus doloribus, ac pectoris; corporis quoq; torſionibus, itē & dentium doloribus, matricalibus, apoſtematibus, ac plagæ cuiq; in ſua aqua liquatus; eſt ſex acinorum doſis.

De Sale Burſa paſtoris, num. 12.

COmponitue hic, velut reliqui ſales, cum ſuis aqua, cinere, & lixiuio, frigida eſt, & ſicca aſtringente natura in dominio Ca-

Nat. pricorni Saturni domus, eſt nempè præſta-

Virt. bilis calidæ, & ſiccæ corporis habitudini, hepatis ardoribus, calidis febribus, pulmonis cruciatibus, cunctis fluxuum generibus, aridæ, ſquamoſæq; ſcabiei, & morbis eiuſmodi, gallicis quoq; apoſtematibus, & peſtilentijs; ignis ambuſtionum ardoribus, pedum, aliorumuè membrorum tumoribus], ac venenatorum morſibus animalium, renium vlceribus, rubram prę calidi-

liditate vrinā emittēti,& ſanguinem mīn-
genti ; ac ipſam demum libenter laceſſit
vrinam, octo vel decem ſunt acini doſis ,
cum,&c.

De Sale Buxi, num. 13.

COmburitur,quę libuerit,portio Buxi,& albis,calcinatiſq; arrepſis cineribus, apparætur in nubium aqua diſtillata lixiuium, vt ſal proſiliat,eſt temperate frigida natura in ſigno Tauri,domus Veneris. Tantæ ſiquidem eſt virtutis, vt pro ligno ſancto vti queat,optimus morbo gallico, & corrupto aeri; doſis decem ſunt acini cum, &c.

Nat. *Virt.*

*De Sale Biſtorta,num.*14.

AGitur de biſtorta ſicut de buxo,eſt frigida, & ſicca natura in tertio gradu Saturni dominio,depurgat caput; vulnera ſopit in aqua proportionata ſuſus;mēſtrua exſtinguit atq; vomitus; ſtomachus illo dulceſcit;& mulierum iuuamen eſt matricibus, octo eſt acinorum doſis cum, &c.

Nat. *Virt.*

De *Sale Boraginis, num.* 15.

DIſtillatio præcedat, cœtera de more ſequantur, & ſal tueatur in vitro, calida & humida natura eſt, in patrocinio Iouis, læ- *Nat.* titia cor afficit; iracundiam euertit, meſti- *Virt.* tiam, tuſſim, anguſtiam pectoris, & quãq; corruptionem, item tertianas febres atq; quartanas; eſt quoquè hepati peculiaris, ſyncopis, ſplenis obſtructionibus, & reſpirationi; in ſua deniq; maceratus aqua ſtillata opem affert vlceribus; decem ſunt acini doſis cum &c.

De *Sale Bottonicæ, num.* 16.

PAri geritur ordine, eſt calida, & ſicca contẽperata natura, in dominio Iouis. Stomacho vehementer aduigilat, & cunctas in eo re- *Nat.* ſidentes protelat cruditates, dolores ma- *Virt.* tricis, ac omnes corporis paſſiones; refrigerat hepar; lapidemq; deſtruit; lotium incitat; quamq; infirmat obſtructionem, veuena, & icteritias; eſt & phræneticis præcipuus, capitis doloribus, & pulmoni, ſunt decem acini doſis cum, &c.

Digitized by Google

De Sale Cumini, num. 17.

COlligitur cum radicibus, benè abluitur, & panno exiccatur, mox diſtillatur, cremantur excrementa, & ſic de more abſoluntur

Nat. cętera calida eſt natura in domo Martis,

Virt. frigida illo membra calefiunt; eſt corporis probus doloribus, malencholico flatui, & cuiq; affecto humori, item fellis diſperſioni, vrinæ ardoribus, ſtomacho, ac vertiginibus, & caro de illo condita, ſeruatur incorrupta, octo vel decem eſt acinorũ doſis cum, &c.

De Sale Cichoreæ, num. 18.

OBtentis, vt ſolito obtinendis, ſal conditur in vitro ad vſus, eſt frigida, & ſicca natura in gradu ſecundo ſigno Virginis, Mercu-

Nat. rij domus. Viſcoſos omnes in corpore

Virt. condenſatos latices perſoluit, choleram, febris parexiſmos, hepatis, & lienis obſtructionem, hydropem, ſtomachi ardores ac ſrebrium ardentium; reſtrigerat ſanguinem; & calidis vatens eſt fluxionibus, decem eſt acinorum doſis cum, &c.

Digitized by Google

De Sale Cyperi, ſiue quinquè foliorum, num. 19.

SOlitis præmiſſis, ſal in propria comparatur aqua, eſt contemperata natura in dominio Veneris, mulieribus menſtrua præparat, atq; lotium; quaſſat calculum; hydropem ſubleuat; peſtilentiales abigit humores; pectoris ſolatur anguſtijs, pituitis, tuſſibus, ac miſeraicarum obſtructioni venarum, octo ſunt acini doſis cum, &c.

Nat.
Virt.

De Sale conſolidæ, num. 20.

CRaſsè cum proprijs contũditur radicibus, hauritur per diſtillationem aqua, reliquię vruntur ad cineres pro ſolito lixiuio in ipſa ſua aqua, & indè ſal in vitro cuſtodiendus ad opus, calida contemperata eſt natura in Iouis patrocinio; & perualidus ad menſtrua prouehanda, renibus magno ſolamini; pectoris, pulmonis, & hepatis placat inflamtiones; cunctas, facilè aperit obſtructiones; paſſiones præcidit reſpirationis; gumiæ gargarizando minuit apoſtemata; morbo gallico ſingularis, & contra vermes, & peſtem, decem ſunt acini doſis cum, &c.

Nat.
Virt.

De Sale Anthemidij, num. 21.

DIſtillata huius aqua,& calcinatis cineribus, lixiuium perficitur ad ſolem; calida eſt, & ſicca natura, ſed in ſigno libræ domus Veneris, facilitat nempè vrinam in vino ſolutus; in propria, vel aromaticis aquis potatus, laterum protinus dolores abeũt, ac vteri in aqua puley, & irritandis menſtruis; edit fœtus in aqua nucis muſcatæ, vel cynamoni, ſiue gariofillorum, vel verbenæ,& poſt partum ſecundinas mirandũ in modum; dentium dolorem adimit in aqua abſynthij, obſtructionem, ac hypropem; lienis præterea, pulmonis, & hepatis vitia repellit; decem eſt acinorum doſis cum,&c.

Nat. *Virt.*

De Sale Chelidonia, num. 22.

OMnia de more,& cum propria aqua, contemperata eſt natura in ſigno Virginis, Mercurij domus, aciem dilucidat oculõrum; fellis continuò refrenat diſperſionẽ, permixtus ſale aniſorum, & ambo in vino liquati; menſtrua pollicetur; hepatis,& pectoris, ac pulmonis reſerat obſtructionẽ; cunctos generatim ſtabilit aſthmaticos ad-

Nat. *Virt.*

adſtat in peſtem, colicam paſſionem, & vteri dolorem; expiat lepram, & infectorum vlcerum genera cuncta, ac eiuſmodi quemq; morbum; vitrioli flegma admixtus, venereas deſertat verrucas in pudendis; rabidorum illo conualeſcunt morſus animalium, caſibus, & ictibus expedit cum propria ſuper appoſitus aqua, ac etiam imbecillibus membris nimia frigiditate putrefactis, & penè merſis, pannum ſuper imponẽdo de illo madefactum; mixtus, rosaceo melle inſtar vnguenti factus, non ſinit computreſcere plagas; ac demum Venereis admotus tumoribus, ad modicum temporis, infeſtationes reſpuit è corporibus, decem ſunt acini doſis cum, &c.

De Sale Centauræ, nu. 23.

ET hic cum aqua ipſa exercetur; eſt natura frigida in domicilio Tauri. Proficit hydropi, & peſtiferis morbis omnibus, ſtillationibus, & epilepſiæ; meſtitiam expulſat, & bilem, obſtructionem, morbumq; gallicũ; oculorum conſulit debilitati; calidis libẽter propinatur febribus, atq; venenis, doſis eſt acinorum decem cum, &c.

Nat. *Virt.*

De

De Sale Cerefoliorum ,num.24.

DIſtillantur cum radicibus omnibus, reliqua vt ſolito ordinantur, & ſal claudatur in vitro, calida natura ſunt, Sole prædominante, præclariſſimus quidem eſt cuiuſq; refellendæ generi ventoſitatis, ac dolorũ, torſiorumq; mitigandorum aluum exagitantium; lapidem in veſſica lenitate concidit, foras dirigendo abſq; impedimento; & elicit è corpore vermes in cardui benedicti aqua potatus, octo eſt acinorum doſis, &c.

Nat. *Virt.*

De Sale Cardui benedicti, num.25.

OPeratur velut de cœteris dictum eſt, cum aqua propria; eſt contemperatè calida natura in ditione Iouis, oculorum proſpicit doloribus, ſcotomiæ, memoriæ retentiuę, tabidis, corporis doloribus, quartanæ, ac putridis cunctis febribus, epilepſiæ, & mulierum vteri doloribus, itẽ vlceribus, ac venenatorum morſibus animalium in aqua ſua fuſus; pituitas in ſtomacho conſtipatas in nihilum generatim redigit; ſanguinem ſerenat; ſudorem, & menſtrua permouet; lapidem concutit; ac vali

Nat. *Virt.*

luem, venena, & morbum gallicum, decem ſunt acini doſis cum, &c.

De Sale Diapenſia, num. 26.

AVtumno tempore eſt hæc herba potior, & quemadmodum de ſuperis, ità de hac diſpenditur opus; calida, & ſicca in gradu
Nat. ſecundo dominio Solis. Mire quidèm pul-
Virt. monis morbos diſperdit, coxendicem, & cuncta ſanguinis genera fluxuum; torſiones demulcet, aluiq; dolores; colligat vulnera; plagis fauet, & fiſtulis, & in ſua aqua ſolutus inueterata reſoluit, ſex ſunt acini doſis cum, &c.

De Sale Dentaria, num. 27.

IN propria hic ſal conſtruitur aqua, & vt ſufficiens habeatur, validè cineres ſunt calcinandi, contemperate frigida natura eſt in Tau
Nat. ri ſigno. Veneris domus, fluxus coercet
Virt. corporis, & reſtringens eſt; pectus reſerenat; ſtomachum corroborat, atq; naturam, refert pulmoni, & ſtomachi potiſſimè leuitatem patientibus, ſex in decem ſunt acini doſis cum, &c.

De

De Sale dictami, num. 28.

FActa combuſtione ad cineres, & in graminis aqua lixiuio, reliqua de more ſtruuntur; calida eſt, & ſicca natura in domo Mercu-
Nat. Perutilis planè eſt venenis, peſti, ac omni-
Virt. bus aculeis, & venenatorum morſibus animalium, frigidiſq; vteri doloribus; vermes interimit; ſtomachi percoquit cruditates, menſtrua perciet, & ſecundinas poſt partum, ac mortuas in aluo creaturas, conterit lapidem in renibus cum aqua puley; multat morbum gallicum, epilepſiam, & cuncta cerebri vitia frigida, cõtagia quoq; ac peſtiferas affectiones, decem ſunt acini doſis cum, &c.

De Sale Dauci, num. 29.

HIc ſal de nubium trahitur aqua exuſtis prius exurendis, & facto cum ipſa aqua lixiuio; eſt frigida natura ſub Lunæ domi-
Nat. nio; quo ſæpius ſumpto, morbus declinat
Virt. matricis, & præcipuè mulierum vitioſis expletæ humoribus; agitat menſtrua, lotiumq; libenter; corporis dolores terminat, antiquam tuſſim, morſus aranearum, lapidem, & arenulas; ac remorantes in renibus

nibus conſumit latices; doſis decem eſt acinorum cum,&c.

De Sale Dipsaei, num. 30.

DIpſacus, illi ſunt cardui, quibus carminantur lanæ, & panni fabricantur; ex his autèm prius per lambiccum educitur aqua, deindè cœtera, vt ſolito, ſunt enim calidi, *Nat.* & ſicci in gradu ſecundo martis imperio, *Virt.* iſte ſal diſenteriam comprimit corporis, hepaticos fluxus, & fiſtulas cum appoſitis diſtillatis aquis, ac plagas, ipſo liniendo liquore; & cum ſyropo mixtus punici mali, vlcera oris, atq; formicam; ſubtrahit, vermes vlceribus, & quos in auribus, perdit, ſex ſunt acini doſis cum,&c.

De Sale Echÿ, num. 31.

ADumbram duorum dierum exiccatur echium, poſtmodum ſtillatur, & exuſtis ſtirpitibus ad cineres, proceditur ad reliqua, eſt in primo gradu natura calida, *Nat.* *Virt.* domo Iuppiter. Venena prohibet, ac venenatorum morſus animalium; defendit cor; mœſtitiam deuiat; ſanguinem facit intaminatum, & eſt ſubſidium fe-

bri-

bricitantibus, ſex ſunt acini doſis cum, &c.

De Sale Intybi, ſiue endiuiæ, num. 32.

EXpleta diſtillatione, progreditur ad ſolitã, frigida, & ſicca natura eſt in gradu ſecundo ſigno Veneris, Mercurij domus ſalu-
Nat. bris cordis ardoribus, calidum mulcet ſto-
Virt. machum, cibum facilè de quo quia, lubricumq; decernit; vitioſos conſternit humores, & hepatis obſtructiones; febricitãtes permulcet, ac tertianas quartanaſq; febres, benè illo valent hydropici, & plagæ in ſua aqua liquato, præcipuè inflammatę, podagrę demùm dolores delinit, octo ſunt acini doſis cum &c.

De Sale Ebuli, num. 33.

GEritur de more cum aqua propria; eſt calida, & ſicca natura in ditione Solis, & quotidianis febribus magno alleuamento; ſa-
Nat. lus hydropicis in aqua ſua ſolutus; inſen-
Virt. ſus mariſcis; & intercutem retrahit aquam octo eſt acinorum doſis cum, &c.

De Sale Equiſeti, ſiue Hippuris num. 34.

CVm ipſis ſtillatur radicibus; mox vltra modum comburitur, & acceditur ad reliqua iuxta ſolitum, humidam habet naturam.

Nat. in domo Lunæ, fluxus compeſcit ſangineas

Virt. cit vrinas; diſenteriæ dat opem, inteſtinorum ſupprimit dolores, antiquam tuſſim, & ſpirandi difficultatem; illicit lotium, eſt renibus, & veſicæ medicamentum, ac viſcerum vlceribus; & conſolidat internas, externaſquè plagas, octo ſunt acini doſis cum; &c.

De Sale Eringi, num. 35.

E metipſa hic ſal diſtrahitur aqua; reliquis tamen de more prehabitis lixiuio ſcilicet, & cinere, contemperatè calida natura eſt, in dominio Iouis. Lienis, & hepatis exte-

Nat. nuat obſtructionem, pleuritidem, ac late-

Virt. rum dolores; præſtabilis eſt hydropicis, fellis profuſioni, tuſſi, & renium obſtructioni, ſunt decem acini doſis cum, &c. ſed melior ipſa aqua.

De Sale Ellebori, num.36.

POteſt hic ſal bimodè abſtrahi, videlicet, ſi fuerit herba recens, fiat, ceù dictum de ſuperioribus, ſin autem arida, fiat combuſtio ad cineres, & lixiuium in aqua nubiũ bis diſtillata, calida eſt, & ſicca natura in
Nat. ſigno piſcis, Iouis nocturna domus, multũ
Virt. planè poteſt in morbum caducum, podagram, & ſimilia; quemq; de corpore diſcutit vitioſum laticem; humana (proculangore) corpora verrit; bilem fulminat, febreſq; longas, ac doloroſas capitis affectiones, ſiue homineraniam; & ſellis tandèm eſt proportionatus effuſioni, tabidis, quartanarijs, atq; torminis, octo vſq; decem ſunt acini doſis cum; &c.

De Sale pitiuſa ſeù eſulæ, num.37.

BEnè cum radicibus exuritur, & calcinatur, ac in boraginis aqua lixiuium pro ſale, eſt natura contemperatè calida in domo Ve-
Nat. neris, omnes corporis vitioſos diſſecat hu-
Virt. mores, ac vetera mala, cruditates, morbũ gallicum, & corruptas cunctas affectiones, octo ſunt acini doſis.

De Sale Euphaſiæ, num.19.

EXtruſa per diſtillum aqua, & excrementis ambuſtis ad cineres, venitur adlixiuium, & ſalem, calida, & ſicca natura eſt in dominio
Nat. Solis, lacrymationem mirabilitèr ſiccat
Virt. oculorum, & eorum quoſq; defectus; morbo obſiſtit comitiali, ac hepatis, lieniſq; obſtructioni; in propria aqua fuſus, oris, gargarizando, abolet apoſtemata, dentiumq; dolores; ſcabiem diripit, & vitia cuncta è frigido humore manantia; inq; modica ipſius aqua maceratus, vel fœniculorum per vitrum diſtillata, pannos remouet oculorum; octo, vel decem eſt acinorum doſis cum, &c.

De Sale Fragariæ, num.39.

TOta ſimul planta vritur in diſtillatione, & cœtera ex conſuetudine; calida, & ſicca natura eſt in dominio Veneris, eſt quippè
Nat. ſtomacho mirabilis, atq; iracundis, lepro-
Virt. ſis, fel is profuſioni, vrinæ prouocationi, lieni, hepatis inflammationi, corporis ardori, pectoris ablutioni, renium, & veſſicę; facit cor lętum, & ſanguinem refrigerat, doſis

doſis decem ſunt acini cum,&c.ſed melior equa propria per vitrum diſtillata.

De Sale Fœnigræci,num.40.

SI recens herba fuerit, diſtilletur de more, alioqui,cum nubiali bìs,vel tèr diſtillata efficitur lixiuium ad ſalem, calida, & ſicca natura eſt in ſigno Saggittarij domus Iouis, interna exricat apoſtemata, & omnes inteſtinorum malos humores, ac pectoris vlcera;membrorum omnium eſt diminutio dolorum,obſtructionis,atq;ipodagræ; decem ſunt acini doſis cum,&c.

Nat.
Virt.

De Sale Fabarum ,num.41.

TEmpore florum, ſed fructuum ſatiùs deuelluntur hæ plantæ,& in reliquis,de more, friggida, & ſicca natura ſunt in primo gradu, Capricorni ſigno, diurnæ Saturni domus,diſrumpit lapidem,& cunctas vrinæ difficultates, ac omne genus flatoſæ ventoſitatis;& magno eſt leuamini pectoris diſtillationi, decem ſunt acini doſis, liquores conuenientes,potentiſſima vina ſunt,& generoſa.

Nat.
Virt.

De *Sale Filipendulæ*, *num*.42.

FErtur de hac veluti de cęteris, ſed in ipſa aqua lixiuium; eſt calida, & ſicca natura in gradu tertio Martis dominio, reijcit poſt
Nat. partum cum facilitate ſecundas, lotiumq;
Virt. retentum, & ſtillicidio præſto eſt illius; fellis peruertit profuſionem; ac morbum comitialem; lapillos reſcindit in renibus, ſtomachi cunctas diſſoluit ventoſitates; potis eſt pectori, & cunctis affectionibus è frigidis inuexis humoribus, octo ſunt acini doſis cum, &c.

De *Sale Fęniculorum*, *nu*.43

PEr luteum ſtillantur lambiccum ab aquam, & reliqua iuxrà ſolitum; calida natura ſunt in gradu ſecundo dominio Solis, icteritrã
Nat proijcit, & fellis effuſionem; menſtrua li-
Virt. bentèr allicefacit atq; vrinam: calculum repurgat de renibus, & veſſica, ac omnes vitioſos humores; vomitibus; tuſſiq; reſiſtit; & ſtomachi remulcet ardorem; hoc ſale, cum oleo viperarum facto vnguento, repudiantur vlcera capitis, & achores, & hoc ſat de fœniculis domeſticis, ſale verò ſilueſtrium cuncta inualeſcunt ſerpigino-

ſa,

ſa, & cauernoſa vlcera, à quibus eruuntur vermes, nec amplius regenerantur, nec plagarum putreſcit caro, & putor verſatur ſequentibus bonis euentibus, duobus tantùm acinis deſuper aſperſis ſingulis vicibus; cum autèm magnæ, & fœdæ fuerint plagæ, lauantur in vino cum ſale ipſo ad pondus trigeſimæ vnciæ partis; cumq; aliqualiter lotæ fuerint, tùm ipſo ſale pulueriżato ſuperaſperguntur; qui vtiq; mirandus eſt gengiuis carnificandis, & rubificãdis fuſus in albo vino, & ſępius gargarizando; eſt quoq; excidium lapidis defectibus, & vrinæ impedimento; ſtomacho ſuccurſum, ac venenatorum morſibus animalium, quorum doſis decem ſunt acini.

*De Sale Fraxini, num.*44.

FOlia dumtaxat diſtillantur, promiſcuè deindè fœces concremantur cum ſtipitibus ad cineres, & cętera. Eſt calida natura magna ex parte in Iouis dominio, eſt quidèm ſple-

Nat.

Virt. ni multum adiumenti, ac hepatis obſtructioni, ſerpentium morſibus venenatorũ, atq; hydropicis; ſumpto mane ieiunè in ſua aqua ſoluto ad ſex acinos, per aliquod tempus, macreſcunt nimia obeſitate gra-

uati;adhibitus metipſo modo arenulas pa-
tientibus, & ad fellis profuſionem mira
perpetrat; lotium concitat; maloſq; è cor-
pore latices auellit, ſex in decem ſunt acini
doſis cum, &c. ſed ſuorum ſunt meliores
aquæ foliorum.

De Sale Fumariæ, num. 45.

OMnia, de more producuntur ex hac herba;
calida, & ſicca natura in gradu ſecundo,
Iouis dominio. Oris exturbat putredinē,
Nat. & omnem putorem exuxum per naſum
Virt. cum aqua ſua; gallicis ad motus plagis
medelam offert; bilem radit humoreſquè
aduſtos; ſanguinem lucidat; hepatis vehe-
menter vtilis, ac morbis omnibus, ex ob-
ſtructione pendentibus, atq; febribus; &
ſtomachum obſeruat, octo eſt acinorum
doſis cum, &c.

De Sale Garyophillatæ num. 46.

IPſa tota planta diſtillatur, ſuntq; cineres per-
benè calcinandi ad albedinem, vt lixiuium,
& ſal perfectiora fiant, ſatis eſt contempe-
Nat. ratè calida, & ſicca corroboratiua in di-
Virt. tione Veneris. Stomachi proſternit crudi-

ta-

tatem, colicos dolores, hepatis obſtructionem, indigeſtos cunctos corporis humores, atquè ventoſitatem; ſiſtit ſtomachales fluxus; & in propria effuſus aqua vulneris deſeruit, ac vlcerum cuiq; generi, decem ſun acini doſis cum, &c.

De Sale Gentianæ, nu. 47.

DE more congeruntur omnia, quòd ſi noua herba non erit in nubium bis diſtillata aqua lixiuium. Eſt in tertio gradu calida natura, & ſicca in ſecundo ſigno Leonis, dominio Solis, cuiq; planè ſolatium eſt febri, hepati, et ſtomacho; obſtructionem reſignat; & extricat; lotium, menſtruaq; inceſſat; morſibus oppedit rabidi canis, ac febribus, in aqua ſua potatus; enecat vermes; vulnera abluendo iungit atq; vlcera; & carnoſas tandèm plagat reſtaurat ſimplicitèr ſupra reſperſus, doſis per os ſex in octo acini ſunt cum, &c.

Nat. *Virt.*

De Sale Iuniperi, num. 48.

AQuà ſolita protracta, portio eiuſmodi eſt exurenda lignorum, ad cineres perfectiores prolixiuio, & ſale, calida, & ſicca natu-

Nat. ra in gradu tertio ſigno Arietis, & Martis *Virt.* imperio. Vnicus eſt venenis, & aeri corrupto portatus in aqua ſua; ſubuertit lapidẽ, menſtrua vehit atquè lotium, ventoſitatem excutit, ſubleuamen paralyticis; ſanguinem acuit, & digeſtionem, octo ſunt acini doſis cum, &c. ſed aptius cum ipſa aqua.

De Sale Graminea, nu. 49.

HVius tota planta opus eſt in diſtillatione, & albi ſint cineres pro lixiuio, & ſale; cõtẽperatè calida natura eſt in dominio Ve- *Nat.* neris. Diſponit vrinam, ſtomachales flu- *Virt.* xus, corporiſq; illo decedunt, ac inteſtinorum dolores; lapidem in veſica rumpit; & quæ, in ea procreantur vlcera illo valeſcũt, ac febris in aqua ſua adhibitus, vel ſimilibus liquoribus, octo eſt acinorum doſis cum, &c.

De *Sale Geniſtæ, num.* 50.

IN luteo hæc herba vaſe ſtillatur, cuius excrementa, in mundo furno, cremanda locãtur, vt quæ libuerit colligatur portio cinerum ad ſolitum lixiuium, & ſalem, eſt calida

Nat. da,& ſicca natura in gradu tertio dominio
Virt. Solis,calculum diſſipat; lotium excit, obſtructionem,pituitaſquè perpellit, apoſtemata præradis lienis; coxēdicibus eſt gratus,ac podagræ vſu continuo, iterum podagram in eius aeua florum, lapidemquè præſcindit,cœteris verò morbis cum, &c. doſis eſt decem acinorum.

*De Sale Gratiolæ,num.*51.

Titatur in vitro hic ſal, & de more conflatur,eſt enim calefaeiens, & exiccatum in domo Mercurij, pituitas bilemq; propel-
Nat. lit,& cordis paſſionem; hydropicos mæ-
Virt. ſtoſq; releuat, & quos præ timore ſanguis diffuſus eſt per corpus; difficultatem extrudit vrinæ;in renibus,& veſſica lapidem confringit;ſanguinem clarificat impurum, fortiter præſidio eſt cerebro demptis, & paratus gallico morbo affectis,frigidiſquè doloribus, octo in decem eſt acinorum. doſis cum, &c.

De Sale Helyotropij, n.52.

LIcèt hic ſal, vt cæteri condatur; ſunt attamèn ſolito magis calcinãdis cineres, quoniam maioris erunt efficaciæ, & quantitatis.
Nat Eſt natura contemperatè calida in do-
Virt. minio Solis, incutit febrim; & crudos corporis humores; naturam ſarcit, effundit vermes, cuiquè adnexus inſanabili plagæ dat ſalutem; ac prorſus ope roſus cancris; decem ſunt acini doſis cum, &c.

De Sale Hiuſciami nigri, num. 53.

VAldè perfectus eſt hic ſal, cineribus fortiter aduſtis, ad lixiuium in ſuis aquis faciendum, & ſalem, eſt in tertio gradu natu-
Nat. ra frigida ſigno ſagittarij domus Iouis, de-
Virt. tinet fluxis; calidos detrahit ex fluxione dolores, vulneribus; & plagis, ac venenatorum morſibus animalium ſuffragium; vermes teris in plagis, & dentium dolores cohibet illum ore tenendo. Hoc autem ſimplex, dum in ſua ſubſtantia eſt, vitiorum magis, quàm virtutum eſt conſors, at in ſalem redactus, ipſis ſupra rebus omninò congruit, doſis per os octo ſunt acini cum, &c.

De

De Sale Hippogloſſi, num. 54.

AQua prius,& cineres extrahenda ſunt,proxime lixiuium,& ſal calida, & ſicca natura eſt in domo Martis . Salutaris eſt vteri
*Nat.*doloribus; vrget fœtum, menſtrua, & lo-
*Virt.*tium; plagis vlceribuſq; admotus medicinam parat, decem ſunt per os acini doſis cum,&c. verùm cum plagis vlceribus adhibendus,in ſua diſtillata erit aqua macerandus.

De Sale Hyſſopi,num. 55.

EST cum totis diſtillanda radicibus, exindè ſequentia manipulanda de more,calida, & ſicca natura eſt in gradu tertio, Aquarij
Nat. ſigno,nocturnę Saturni domus. Pulmonis
*Virt.*deliquijs vehementèr ſuffragatur,anguſtię pectoris,tuſſibus,pituitis, aſthmaticis, laterumq; doloribus, fellis profuſioni, hydropicis,& miſeraicarum obſtructioni venarum,itèm & epilepſiæ continuo vſa cum ſyropis conuenientibus; ſtomachi excidit pituitas,bilem,atq; mærorem; alleuat cerebrum;pectus elucidat,mãſtruaq; inuitat & lotium,decem eſt acinorum doſis cum, &c.

De Sale Hiperici, num. 56.

CAlida, & ſicca natura eſt in ſigno Librę Veneris nocturnæ domus, & vt de ſuperis pertractatur, lapidē perrumpit in renibus,
Nat. & veſica, iacitq; foras; Aeris diluit corru-
Virt. ptionem, atq; venena; eiectio ſanguinis, & vomitus conticeſcunt illo, lubricum ſeruatur corpus, & ſuperflui repulſantur humores; bilem exarat; vrinam allectat, & menſtrua; tertianas quartanaſq; impellit febres, hepilepſim; ſalutifer cōxēdici eſt, ac hydropi, & vulneribus plagiſq; iugandis in aqua ſua liquatus, decem ſunt acini doſis cum, &c. verumtamèn in propria multum laudatur aqua ſumendus.

De *Sale Imperatoriæ, num.* 57.

NI foret hęc herba noua, in pluuiali, vel bis diſtillata lixiuium formetur, cœterum, vt de cęteris dictum, eſt calida natura in ter-
Nat. tio gradu, & ferè initio quarti ſigni Leonis,
Virt. domus Solis, cuncta de ſtomacho, & corpore toto vitia decerpit, & ventoſitates; colicis remedium eſt doloribus; menſtrua inſtat, & vrinam libentèr; refrigerata menbra, calida facit; viſcoſos in ventriculo, &

veſ-

veſſicæ inhærentes propulſat humores;reſipiſcunt illo hydropicici,aſthmatici,& capti membris; lapidem refringit; lotium fundit,agit partum;vitalem, & animalem ſolidat virtutes; medicatur plagis, & cunctas reſecat ſuperfluitates,carnemq; mortuam;omnibus generatim prouidet vlceribus, modico admixtus roſaciq; mellis, item & fiſtulis,ac narium carni multipedi, & corporis cuiuſq;partis; coniuncto hoc ſale,cum ſale viperarum,ac theriaca ,ſe benè habent venenati; odit peſtem aeremq; corruptum ; morbum inſumit regium , pleuritidem , & omnem corporis intrinſecam frigiditatem;contra eſt hepatis,lienis, & pulmonis putrefactionem , grauedines, oris putorem,tumores,& ſtomachi dolores;obſtruſi,hydropici, & arquati cõquieſcunt illo generatim,decem ſunt acini doſis cum &c. ſed efficacior aqua ſua ſtillata, ſi valeret acquiri.

De Sale Iberidis,num. 58.

SAl iſte præpotens eſt, huius videlicèt herbę plantam prius diſtillando,& cœtera de more; *Nat.* quæ quidèm calida, & ſicca natura eſt in *Virt.* gradu quarto dominio Martis,duritiem om-

omnem amputat ſtomachi, lienis, & hydropis; ac multum dentium dolores illinit, nullo comitante vehiculo, octo eſt acinorum doſis cum, &c.

De Sale Iaueæ, num. 59.

HÆc autem ad inſtar eſt manipulanda aliarum, calida, & ſicca natura mediocritèr in ſigno Gemini domus Mercurij, aſth-
Nat. maticis cõfert, & pulmonis inflãmationi;
Virt. pectoris repellit viſcoſitatem, corporis dolores, atq; febres, & plagis, vlceribuſq; exceptus, octo ſunt acini doſis cum &c. ſed commodius cum aqua ſua.

De Sale Iridis, num. 60.

VAldè benè eſt hæc herba lauanda cùm ſuis radicibus, tùm de more conſumuntur omnia, ſed lixiuiũ in aqua pluuiali bis per
Nat. vitreum lambiccum diſtillata, calida, & ſic-
Virt. ca eſt natura in gradu ſecundo Sagittarij ſigno, domus Iouis, ſatis purum reddit pectus, & crudos illos viſcoſos, vitioſoſquè properè refringit humores, bilem, fellis diffuſionem, febres, lapidem, hydropem, atq; obſtructionem; eſt pulmonis præpotens vl-

vlceribus,paralyticis, aſthmaticis, ſpleni, apoſtematibus, ac ſtrumis menſtrua, lotiumq; ſollicitat, delimat vulnera,& carne replet,doſis decem ſunt acini cum,&c.

De *Sale lepathi,ſiue lapatij,num.61.*

EST nempè hoc ſimplex valdè contemperatũ in ſigno Libræ domus Veneris, & de illo fit veluti de alijs, diſenteriæ opitulatur
Nat. corporis,alui fluxibus,profluuio fellis,dẽ-
Virt. tiumq; doloribus; mirè lapidem deſringit in renibus;vlcerum ſummouet inflammationes,& ſcabiem in ſua aqua liquatus, ac faciem emaculat; & ſplenis duritiem attenuat,decem ſunt acini doſis cum,&c.aqua ſua, & cœteris conuenientibus liquoribus.

De Sale *Latheris,ſiue cataputiæ, nu.62.*

IN hoc ſimplice,eadem, qua in cœteris greſſum eſt,graditur via,calida natura in tertio, & humida in primo gradu,dominio Iouis,
Nat. omnibus ſiquidem corpus expoliat putri-
Virt. dis humoribus,ac vitioſis, pituitis item, bile,& mæſtitia, vt propterea ſunt ſummè benè eius calcinandi cineres,cùm ſit catapu-

putiæ ſpeciei; vlcerum licèt peſſimorum ſuperfluam deuorat carnem;& cuiq; plagę in ſua maceratus,aqua ſanitatem cedit,decem eſt acinorum doſis cum,&c.

De Sale Laudani,num.63.

HVius diſtillata folia exhibebunt aquam, & fęcibus ſociantur ſtipites ad comburēdū procinere,lixiuio,& ſale,eſt natura ca
Nat. lida,in primo gradu,in ſigno Librę domus
Virt. Veneris, lotium vehementer inſtimulat; tormina transfert,& capitis humiditatem, renium cauet debilitati, octo ſunt acini doſis cum,&c.

De Sale Liguſtici,num.64.

SIcut in alijs, ſic & pergitur in hoc, calida, & ſicca eſt natura in tertio gradu dominio Solis,multum renibus,& veſſicæ adfert vtili-
Nat. tatis,ex quo lapidem profligat;lotij diſtil-
Virt. lationi conducit, morbis intercutibus, ac ſtomacho, octo tamen ſolutis acinis ſingulis vicibus in diſtillato aceto; vteri ſubiugat infirmitates, ictcritiam, febres, tuſſim,pectoris anguſtiam,morbum pedicularem,ac manans vulnus capitis, appurat

gra-

graudines;mollit obſtructiones, colicoſq; dolores;& prægnantes retardat,abortum ne faciant,doſis per os, decem eſt acinorum cum,&c.

De Sale Daphneidis, ſiue laureolæ maioris. num.65.

CVm ſit hæc planta vberrima quoquè exiliet ab ea portio ſalis,& curatur, de more, eſt calida, & ſicca in dominio Martis,plu- *Nat.* rima ſedulitate ſtomacho vacat, & corpo- *Virt.* pori;menſtrua miniſtrat; vitioſos cunctos expugnat latices, licet corporibus defixos;coxēdicem demolitur,& frigidos dolores,decem ſunt acini doſis cum, &c. ſed ſatius in aqua ſua.

De Sale Lauri, num.66.

TEmpore baccarum,& cum ipſis baccis diſtillatur Laurus,& adiunctis ſegmentis in ſolita vſtione fœcium, ad lixiuium tranſi- *Nat.* tur, & ſalem calida, & ſicca natura eſt in *Virt.* gradu tertio ſieno Tauri, Veneris diurnæ domus.Pthyſicos reſarciat,pectoris anguſtiam,tuſſim, aſthmaticos, difficultèr anhelantes, capitis fluxus, & corporis dolo-

res;diffundit lapidem;ſpargit arenulas,vē-toſitatem,matricaleſq; humores; & iecur contemperat patienti; ſunt decem acini doſis cum,&c, & ſuis, etiam interdum di-ſtillatis aquis.

De Sale Lentiſci, num.67.

EST in totum lauro conſimilis hæc mani-pulatio;calidum ſapit,& frigidum,contem-peratè tamen in domo Mercurij, & præ-
Nat. ſtantiſſimus in coarctandis epaticis fluxi-
Virt. bus, ſanguinis interdicit eiectionem; ſto-machi,& matricis propitiat egreſſionum reſpergendo cum aqua ſua diſtillata; ſto-machi,& viſcerum vallat imbecillitatem; veterem tuſſim recidit; eſt natura reſtre-ctiuus, & ideò corporis relegat dyſenteriā, ſex in octo eſt acinorum doſis cum aqua ſua,vel alijs,&c.

De Sale Linariæ cerulea, num.68.

LAuatur prius cum radicibus, cultro poſt-modum excoriantur immunditiæ, & cę-tera iuxta ſolitum, calida eſt, & humida
Nat. natura in ſigno Gemini domus Mercurij,
Virt. multum quippè conueniens profluuio fel-

lis,

lis,& hydropicis; iecoris ſubmergit obſtructionem,& capitis fluxionem;libentèr vrinam ducit,& menſtrua; concretum liquefacit ſanguinem, & abdicat granedines,ſunt decem acini doſis cum, &c. vel aqua ſua.

De Sale Lupulorum, nu.69.

NIhil in hoc innouandum, ſed omnia de conſuetudine; calida, & ſicca natura in gradu ſecundo ſigno Sagittarij domus Io-

Nat. uis,mundificat ſanguinem;hepatis, & ſple-

Virt. nis mergit obſtructionem; menſtrua prouehit,& lotium; indulget biloſo latici;& ex obſtructione retundit febres,effluuiumq; fellis decem eſt acinorum doſis, cum, &c. ſed potiùs, cum ſuis aquis.

De Sale Ligni ſancti, num.70.

FIt ſolita ad cineres combuſtio de lignis, & lixiuium indiſtillata aqua graminis ad ſalem, eſt frigida natura, in calidis tamen

Nat. gradibus, at cùm partem capiat ſiccitatis

Virt. reperitur rn domo Iouis, morbum ſiquidèm proterit gallicum,& pituitas,arthriticos dolores,& paralyſim; ſuperfluos cun-

ctos decutit vitioſos humores; officit podagræ, apoplexiæ, epilepſiæ, & omnibus frigidis laticibus, decem vſq; ad 12. & 15 ſunt acini doſis cum, &c.

De Sale Malua, num. 71.

HViuſmodi tenuiores diſtillantur partes, & eruta aqua, cum reliquijs exuruntur ipſi quoq; ſtipites ad lixiuium, & ſalem, eſt ne-

Nat. pè humida magis, quàm calida natura in

Virt. ſigno Cancri, Lunæ domus, calidis pectoris inflammationibus, & pulmonis deliquijs, ethicis, ac tabidis ſummè decet; veſicæ, & inteſtinorum abſumit cruciatus; crebrò vſu, & mane ieiune in optimo vino ſumptus, à multiplicibus affectionibus præſeruat humana corpora; & pro corpore deſęcando, ac alui beneficio fruẽdo manè ſorbetur in aqua ſua diſtillata, duodecim ſunt acini doſis cum, &c.

De Sale marrubij, nu. 72.

TOtis cum radicibus hæc herba ſtillatur, & nullum eſt à cęteris diſcrepans magiſte-

Nat. rium; calida natura in ſecundo, & ſicca in

Virt. tertio gradu, Saturni dominio; Iecur eru-

derat,

derat, lienem, & pulmonem; ſuppetiatur aſthmaticis, tabidis, obſtruſis, tuſſi pectoris anguſtijs, ac venenatis, & menſtrua vocat, ſunt decē acini doſis cum, &c. ſed melior aqua ſua.

De Sale Naſturtij, num. 73

QVando floridum, & ad ſemen propinquat optimum eſt, & ideò tunc, vt ſolito in omnibus admin ſtrandum, quàm alio tempore; calida, & ſicca natura in domo Martis, ſtomachum fulcit; tremores componit, frigidoſq; dolores, tormina, & impedimēta vrinæ, eſt octo acinorum doſis cum; &c.

Nat. ***Virt.***

De Sale Meliſſophilli, num. 74.

PRoprijs hiſce ſal diſtillatis lætatur aquis, veluti cęteri, eſt calida, & ſicca natura in gradu ſecundo ſigno Libræ domus Veneris. Cor conſepit, & corporis virtutes, vitalem ſcilicet, animalem, & retentiuam, męrorē exigit, billioſos quoq; męſtos, difficiles, prauoſquè humores, obſtructionem laxat. & menſtrua; excernit matricem, & vteri diffugium eſt ſuffocationi, octo ſunt acini doſis cum; &c. & aqua ſua.

Nat ***Virt.***

De Sale Meliſſophilli ſilueſtris, n. 75.

TExitur hic ſal iuxtà ſupernum, eiuſdem eſt naturæ eiuſdemq; dominij, membrorum tremorem emendat, fuſus in aqua ſua; ſal-
Nat. uat aſthmaticos, ſtomachi dolores, colicas
Virt. paſſions, & matricis generatim cuncta deliquia; plagas quoq; in quaq; parte corporis diſtinctas, & fiſtulas in ſuetis reſolutus liquoribus, vel aqua ſua diſtillata, ſiue generoſis vinis; deducit lotium, acceleratq; partum, eſt decem acinorum doſis cum, &c.

De Sale Amaraci, num. 76.

PErbenè iſtiuſmodi ſecatis immunditijs, ſtillatur copioſa portio cum radicibus, & reliquum iuxtà ſolitum; eſt calida natura in
Nat. ſecundo, & ſicca in tertio gradu ſigno Ge-
Virt. mini domus Mercurij, abrogat hypropem omnes corporis dolores, & hepatis, ſpleniſq; obſtructionem, lotium libenter mouet, capiti ſuppeditat; labens cerebrũ eleuat, & menſtrua inuitat, decem ſunt acini doſis cum, &c. ſed præcellens aqua propria ſtillata.

De Sale Menta, num. 77.

NOn eſt à ſuperis diſcretum in nullo hoc magiſterium, calida, & ſicca natura in tertiò penè gradu domicilio Solis, nauſeam eximit ſtomachi, inſiſtit ſangini, & vomitibus; cerebrum circumuallat, fluxus edomat ſanguinis, hepatis, & lieni exoluit obſtructionem; refertam remun dat matricē, & in aqua ſua ſtillata ſumptus, cunctæ oris plagæ cadunt, decem eſt acinorum doſis cum, &c. ſed aqua ſua ſuper omnia melior.

Nat.
Virt.

De Sale Mercurialis, nu. 55.

EST aquis fœcunda mercurialis, & ideò preter ea, quæ remanent, excrementa comburenda, comburitur & alia eiuſdem herbæ bona portio, vt ſint copioſi cineres pro lixiuio, & ſale in primo gradu eſt calida, & ſicca natura, dominio Mercurij, hoc autem ſale, cuncti bilioſi profunduntur humores; menſtrua currunt; fluit vrina, recedunt febres, & profuſio fellis; grauidare ſtatuitur; mirè caput alleuiatur, & iracundi aufugiunt, ac mœſti latices, doſis decem ſunt acini dum aqua propria floren-

Nat.
Virt.

rentis plantæ tempore,& cęteris omnibus præcellens eſt.

De Sale *Myrti, num*.79.

EXiles diſtillantur partes,mox excrementa cum ipſis truncis concremãtur ad cineres, & cœtera ſolita;calida,& exiccans natura
Nat. eſt in ſigno Leonis,Solis domus,ſanguinis
*Virt.*mortificat eiectionem;ſtomacho delectamentum ; lotium aduocat, & menſtrua, conſolatur cor;ſanitas vlceribus, plagis, & fiſtulis ſuper effundendo, & propria cum aqua,tomaſi corrigit egreſſionem,fluxuſq; ſuſpendit,atq; dyſenteriã,octo per os ſunt acini doſis cum,&c.

De Sale *muſci terreſtris,nu*.80.

POſt ſolita , per diſtillum aqua parta, & exuſtis reliquijs,cum alia iſtiuſmodi non diſtillata,portione , feracium cinerum carpen-
*Nat.*dorum , ſolitum fit lixiuium pro ſale , eſt
*Virt.*planè temperate calida natura in ditione Veneris,lapidem enim collidit in renibus ; lotium relaxat; hepatis omnem exedit inflammationem,calidis profugium eſt morbis articularibus;cor gaudio replet;ſangui

nemq;

nemquè pellucidat, decem eſt acinorum doſis cum,&c.ſed melior aqua ſua.

De Sale Ninphea, nu. 81.

QVemadmodum in ſupernis,ita in hoc elaboratur ſale faciundo; eſt autem hæc herba frigida,& humida in Lunæ dominio, & *Nat.* naſcitur in aqua,fluxionibus eſt effugium *Virt.* ſtomachalibus, dyſenteriæ, mulierum profluuijs,febribus ardentibus,ethicis,vetuſtæ tuſſi,omniq; hepatis inflammationi, ac phorneſibus ex calido humore manantibus,& exitium ſplenis,octo ſunt acini doſis cum aqua ſua, & alijs validis liquoribus.

De Sale Vmbelici Veneris num. 82.

AVellatris æquatur hæc planta,ac totis cum radicibus valdè benè diluitur,& reliquum vt ſupra,frigida eſt,& humida natura,in ſi- *Nat.* gno Cancri domus Lunæ, lapidem vali- *Virt.* diſſimè diſcerpit in renibus; diſpellit vrinam; auxilium hydropicis, dyſenteriæ, & inteſtinorum vlceribus, ſtomachi reprimit ardorem; & iecur complectitur atquè pul-

pulmonem, decem eſt acinorum doſis cũ &c.& aqua propria.

*De Sale Origani, num.*83.

QVo tempore hæc inchoat planta floreſcere, eius tenuiores ſtillantur partes,& aqua mox egreſſa, fœces aduruntur cum eiuſmodi, qui remanſerunt, ſtipitibus, ad cine-
Nat. res pro lixiuio, & ſale, calida, & ſicca eſt
Virt. natura in gradu tertio, ſigno Arietis, domus Martis, Aſthmam deponit, & hydropem, mœſtitiam, fellis profuſionem, hepatis obſtructionem, lieniſq; craſſitudinem; illex menſtruis, atq; vrinæ, decem ſunt acini doſis cum,&c.& cum aqua ſua mira naturæ facit.

*De Sale Vrtica, num.*84.

VT ſalis huius conueniens lucrifiat portio, tota hęc oportet (cùm ceperit ſemina proferre) planta ſtillari, tumq; de more, quod
Nat. reliquum eſt, contemperate calida natura
Virt. in ſigno gemellorum, Mercurij domus, auocat lotium, lumbos elimat; duritiem depſit ventris; liqueſcunt illo tumores; ſanguinis conſiſtunt vomitus è pectore ſcaten-

tentes;pulmonis fugit ardor,colicos offun-dit dolores,renium,& veſicæ lapidem,py-tuitas,tuſſim,aſthmam, ac vlcera in quaq; parte corporis, doſis decem eſt acinorum in ſua aqua per vitrum diſtillata,& alijs ap-tit liquoribus.

De *Sale Papaueris*, *nu*.85.

TEmpore florum hæc etiam herea ſtillatur, & vt ſolito poſtea de reliquis,eſt ferme in quarto gradu frigida natura domo Satur-
Nat. ni,pro calidis vtitur corporis vitijs,& præ-
Virt. cipue pytuitis, calidiſq; tuſſibus, ſubtiles mirifice, eradit humores pulmonem vul-nerantes, phræneticos eripit, atq; febrici-tantes,decẽ vſq;duodecim ſunt acini doſis cum,&c. & aqua ſua.

De *Sale Parietaria*, *num*.86.

FOlia dumtaxat ſtillantur huiuſmodi; quorũ cum fęcibus,ſuperſtites concremantur cau-les ad lixiuium,& ſalem,temperatè frigida
Nat. natura eſt in dominio Veneris; pectoris
Virt. adeſt anguſtæ,tuſſi,ac ſpirandi difficultati, ſacer ignis, & ardores omnes leniuntur madefaciendo cum ipſo Sole in ſua aqua.

ſolu-

ſoluto, ac in verendis venereæ verrucæ, colicam renuit paſſionem, viſcerumquè ventoſitatem, proportionatis ſociatus vehiculis, & cunctas pulmonis, iecoris, ac lienis obſtructiones, atq; putredings, decem eſt acinorum doſis.

De Sale Piloſellæ, num. 87.

NIhil à ſuperis hæc differt manipulatio; ſapit namq; frigidum in ſigno Capricorni Saturni domus; corporis repugnat dyſcen*Nat.* teriæ, mulierum fluxibus, & ſtomachaliũ, *Virt.* eiectioni ſanguinis obſtructioni ſpenis, iecoris deliquijs, & fellis diffuſioni, ſalutem largitur hydropicis, & vulneribus, vlceribuſquè impensè aptus in proportionatis ſuffuſus aquis, doſis decem ſunt acini cum, &c.

De Sale Quinque folij, ſiue Pantaphilonis, nu. 88.

HViuſce folijs ſolummodò diſtillatis, amburuntur fœces cum reliquis truncis, & radicibus ad cœtera ſolita, eſt quaſi in ter*Nat.* tio gradu calidum ſigno Libræ domus Ve*Virt.* neris, coxendicibus propitius, & iunctura-

tum

rum doloribus; dyſenteriam abſorbet, corporis fluxiones, vitia omnia hepatis, ſplenis,& pulminis,quartanas, ac tertianas febres;communicat ſtomacho;refugium epilapſiæ,fellis effuſioni, & ſanguinis profluuijs;& in aqua ſua liquatus abradit vlcera oris, doſis decem ſunt acini cum, &c.

De Sale Peoniæ, num. 89.

CVm redicibus diſtillatur Peonia, in reliquis,vt ſolitè,eſt temperatè calida natura in ſigno Leonis, Solis domus, exultatio ***Nat.*** nempè cordi, epilepſiam reprehendit, & ***Virt.***& capitis fluxionem vſu continuo,cunctis frigidis aduerſatur humoribus;menſtrua proponit; fellis obſeruat effuſionem;renibus, & veſſica lapidem vellit; corpus obſtringit,& fluxus; matricis dolores oppugnat,atq;vitia, octo vſq; decem ſunt acini doſis cum, &c.ſed potior aqua ſua,ac prætereà mirabilem præſefert capiti.

De

De Sale Perſicariæ, nu.90.

PRomiſcuè dicitur hydropiper, perſicaria minor, & zinziber caninum, & commodè reperitur; huius exiles diſtillantur partes, poſtmodum exuruntur fœces, cum trun-
Nat. cis reliquis, & cœtera iuxta ſeriem; eſt ca-
Virt. lida, & ſicca natura in ſigno Arietis domus Martis, hepatis relinit defectiones, lienis, & pulmonis; adminiculum febricitantibus, vteri ſuffocationi, gumiæ inflammationi, pectoris anguſtiæ, aſthmaticis, colicis doloribus, morbiſq; ſimilibus; capitis præmit cruciatus è calidis effluentes humoribus, & halitus grauedinem, ac tumores omnes, & præcipuè pudendorum in aqua ſua ſuperfuſus, admotus vlceribus cum paulo roſacci mellis, ſuperuacaneam præſecat carnem, & ſanitati commendat, ſacrum amouet ignem, eryſipellam, mariſcas, ac omnes eiuſdem naturæ morbos, atq; gallici de illo ſumento, capta reducuntur membra, quæ adeò remoleſcunt, vt ad curationem remittantur; & caput abluendo, fluxiones offirmantur, & capilli non concidunt, decem per os ſunt acini doſis cum &c.

De Sale Hippoſelmi, *ſiuè atrioleris, num.* 91.

INtegra hæc planta diſtillatur, & cum fœcibus alius huius herbæ comburitur manipulus ad ſufficientes cineres, de cætero nihil addendum in opere, eſt in ſecundo calida natura, & ſicca in tertio gradu, Cancri ſigno, domus Lunæ, lapidem reuellit è renibus, & veſſica, ſtomachi nauſeam, & corporis ventoſitatem, quemq; deſiccat ventris corporiſq; tumor, irritam facit coxendicē, podagram, ac tartareas cunctas affectiones, prauorum ſcilicèt reſidentiam humorum, decem, & quindecim vſq; ſunt acini doſis cū proprijs aquis, alijſuè liquoribus.

Nat.
Virt.

De *Sale plantaginis, nu.* 92

HÆc etiam cum radicibus herba ſtillatur, reliqua de more; eſt natura contemperatè frigida in ſigno Virginis, Mercurij domus, reniū, & veſſicę vlcera perlinit, iracūdos, apoſtemata colli, tonſillas, tertianas, quartanas, peſtilētialeſq; febres, epilepticos, & ſtupidos caſu, vel apopleſia, ac dolorem capitis humore calido præſſi; refrigerat ie-nimio calore extuans, & ſanguinem adu-ſtum,

Nat.
Virt.

ſtum , decem eſt acinorum doſis in proprijs aquis vel,&c.

De Sale Pinpinellæ , num. 93.

HErilis aqua eſt herba hæc, propterea magna eiuſmodi eſt opus quantitate, vt affluat in magiſterio, poſthac omnia de more; contemperatè calida natura reperitur in domo Mercurij; euerrit, & obducit corrodentia vulnera, & facta laxa , & profunda, ſpondet haud amplius poſſe generari vermes, neq; ſuperfluam carnem, neq; fœtere , neuè putrefieri; fluxus vetat menſtruorum, dyſenteriam, atquè vomitus, & cor dilatat, decem ſunt cum ſuis aquis, acini doſis.

Nat. *Virt.*

De Sale Poligoni, num. 94.

IN nullo diffidet hic labor à ſuperis, & ideò, vt ſolitò exercetur, frigida, & ſicca natura eſt in gradu ſecundo ſigno Capricorni, Saturni domus, operculatis, & aſthmaticis, reniumq; moderatur affectionibus, ac frigidis febribus, lapidem ſuffringit, ſuperuacuis ob ex eſt menſtruis, fluxibuſq; corporis; habitus exinanit putorem, vlcera eluen-

Nat. *Virt.*

eluẽdo in vino ſolutus exarenat, anneĉtit, & curam gerit; & in aceto eryſipellis inflammationes, ambuſtioneſq; imminuit; ac teſticulorum, & inflationes diſtinguit, decem ſunt per os acini doſis cum, &c.

De Sale Polipodij, num. 95.

STillatis folijs, & partibus expoſitis omnibus, reliquiæ comburuntur, cum alijs non diſtil latis ad vegetiores cineres, & ſequentia.
Nat. de more, calidum ſentit in dominio Ma-
Virt. tis, mirum in modum atram debilitat bilem, & iunĉturarum pituitam; inſilit inpontiam, & colicos, artheriticoſq; dolores, tertianam atq; quartanam febrem; bilem abſcindit, & conturbatum laticem; tuſſim, aſthmam, ac reſpirationis obicem, in ſuis tamen potatus diſtillatis aquis, & cum facilitate polphyrij morbũ, doſis decem eſt acinorum cum, &c.

De Sale Quercus, num 96

TEnuia diſtillantur folia in bona quantitate, vt expediens aquæ portio habeatur,
Nat. quorum poſtea exuſti trunci ſolita prebe-
Virt. bunt magiſterio cineres videlicèt pro lixi-

 uio,

pio,& ſale,eſt in Martis ditione reſtringẽte natura,& congruus alui fluxibus, menſtruis,hydropi,fluxibus hepaticis, mulierum albis profluuijs,dyſenteriæ, eiectioni ſanguinis, & inteſtinorum vlceribus inſuis hauſtus aquis diſtillatis;lapidem ſcindit in renibus,& mingenti ſanguinem mirabiliter ſeruit,decem ſunt cum aqua ſua, acini doſis.

De Sale Rheopontici, num.97.

OMnia ex conſuetudine,aqua, cinis, lixiuiũ, & ſal, magna ex parte eſt contemperatè calida natura in domo Veneris,reſpirandi *Nat.* traditur difficultati, fluxibus ſtomachali- *Virs.* bus,dyſenteriæ,hepati,pulmoni, ſpleni, & mulierum potiſſimè matricalibus doloribus; eiectionem demergit ſanguinis, ſtomachi ventoſitatem,laterum dolores, coxendicum, & renium, ac pectoris anguſtiam,octo vſq; decem ſunt acini doſis in ipſa ſua aqua quæ quidem perfectior eſt, cum alijs vehiculisè.

De

De Sale Ricini, num. 98.

HIc ſal ex pluuiali depromitur aqua diſtillata, aliquibus admixtis inter diſtillandum cinnamoni fruſtulis, vt roboretur magis, præuio tamen lixiuio in ipſa aqua, ricinus autem eſt benè exurendus ad copioſos ciNat. neres, calida vtiq; & ſicca natura in gradu Virt. ſecunda Martis imperio. Excidit bilem, & cunctos aquatos humores, illos quoq; in iuncturas irrepentes, quæ ſunt partes excrementoſæ; ſuffulcit hypropicos, obſtruſos,& colicos dolores, vſq; duodecim ſunt acini doſis cum,&c.

De Sale Roſmarini, nu. 99.

TEnuibus huius diſtillatis, ad cquam cinnis, reliquiæ de lambicco cremantur cùm truncis extrà relictis, & cœtera iuxta ſoliNat. tum; cslida, & ſicca natura eſt in gradu ſeVirt. cundo domo Martis. Dolores eradicat inteſtinorum, pectoris offectiones, profluuium fellis,& ſtomachi frigiditatem; menſtra repetit,& lotium; vomitus impedit,& ſtomachi fluxiones; hepatis, & lienis expedit obſtructionem; adminiculat paralyticos; cor cumulat letitia; & in ſuis tandem

deliquatus aquis, & admotus vlceribus, ſalutem concinnat, octo ſunt cum aqua propria acini doſis, ſanguinem quoquè refricat.

De Sale Rutæ, num. 100.

DVm floret diſtillatur, & operatio ſolita, eſt calida, & ſicca natura in gradu tertio, domo Lunæ, arthriticis, & colicis eſt adiutorium doloribus, tuſſi, reſpirandi difficultati, & coxendicibus; lotium illeſtat; valetudinem refundit hydropicis, craſſos, fœculentoſquè (qui in veſica ſunt) effert humores, & omnes corporis ventoſitates, decem eſt acinorum doſis in aqua ſua, cùm maioris ſit efficaciæ.

Nat. *Virt.*

De Sale Sabinæ, num. 101.

NIhil à ſuperis habet differentiæ hæc manipulatio, & eſt calida, & ſicca natura in gradu tertio ſigno Saggittarij domus Iouis, menſtrua conciet, & lotium, aſthmaticos à morbo redimit, craſſos egerit humores, reſpirandi detrudit difficultatem, tuſſim, pituitus, ac hepatis, lieniſq; obſtructionem, decem ſunt acini doſis in ſuis aquis.

Nat. *Virt.*

De

De Sale Saluia, nu. 102.

FOlia tantùm ſtillantur, tùm cum ſtipitibus radicibuſq; vruntur, quæ remanſerunt excrementa,& præteritur ad ſolita, eſt natu- *Nat.* ra contemperatè calida in domo Veneris, *Virt.* menſtrua, lotiumquè perducit, reſtaurat aluum calore,ſtomachum amplectitur,iecur eluit, corporis dyſenteriam deliquat, epilepſiam,ſtuporem paralyſis, cunctaquè frigida corporis deliquia, mulieribus fœtum cunctatur,vt incolumis adueniat, vſu tamen continuo, & linquit grauidare libenter; delicium eſt tabidis, & ſanguinis eiectione affectis; & aſperſus vlceribus; licèt vitioſa, conualidat, doſis per os decem ſunt acini cum aqua ſua, alijſquè liquoribus,&c.

De Sale Sambuci, num. 183.

EXiles cimæ ſtillantur, & cum reliquijs aduruntur quoq; ſtipites, & reliquum iuxtà ſolitum; calida, & ſicca natura eſt in domo *Nat.* Mercurij, illo aquoſi areſcunt humores, *Virt.* bilis,& pituita; refrigeriũ eſt hydropicis; obſtructionem retegit,ac totam ex hydro-

pe aquam vacuat, decem eſt acinorum doſis cum,&c.

De Sale Saxifragæ, num. 104.

NEq; huic eſt vlla acceſſio neceſſaria, ſed omnia de more; verumtamen, ſi non fuerit herba noua, in pluuiali bis diſtillata fiet lixiuium, calida, & ſicca natura eſt in gradu
Nat. tertio ſigno Sagittarij domus Iouis, & illi-
Virt. cium vrinæ, ac menſtruis; concerpit lapidem, & auerruncat arenulas, & hepatis lienisq; ſuccidit obſtructionem, decem ſunt acini doſis cum aqua ſua, ſi fieri valet, quia potior, alias cum, &c.

De Sale Scabioſæ, nu. 105.

PLanta tota ſtillanda eſt, & in reliquo nihil noui; contemperatè calida natura in ſigno Gemini, Mercurij domus, eſt hic ſal ſtoma
Nat. cho lectiſſimus, hepati, pulmoni, ſpleni, ac
Virt. pectoris deliquijs cunctis, interiora confundit apoſtamata, & vulnera leuat, atq; lepram, ſunt decem acini doſis, & interiuſq; eſt grande remedium in ſuis effuſus aquis.

De

De Sale Viperina, ſiuè Scorzuuera, *num.* 106.

ABſoluta huius plantæ cum radicibus diſtillatione, exequitur reliquum iuxta ritum, eſt enim natura ſatis contemperata in cu-
Nat. ctis gradibus, ſigno Libræ domus Vene-
Virt. ris, luem deuerrit, aeremq; corruptum atq; ſcotomiam; peſtiferas vehementer depugnat febres, & cor confortat, doſis decem, decem eſt acinorum, & mira in ſuis efficit aquis.

De Sale Scrophularia, *num.* 107.

MOdo antecedentis, iſtius eſt præcerpenda exercitatio in calido, & frigido contemperata natura dominio Veneris, hepatis tum
Nat. calidas, tumuè frigidas ſubijcit affectio-
Virt. nes, ſuffocat in corpore vermes, petigines, & frigidos cunctos erodit humores, decē per os ſunt acini doſis cum &c. & in ſuis maceratus aquis, ac ſtrumis admotus eripit illas.

De Sale Sideritis, nu. 108.

CVm radicibus hæc planta diſtillatur, de cœtero, de more; frigida eſt, & humida natura in dominio Lunæ, irrorat ſanguinem, *Nat.* iecur, pulmonem, & ſplenem; putridam *Virt.* omnem è vitioſis ſcatentem humoribus deturbat inflammationem, & cũ ſuis aquis per os, vlcera cuncta ſaneſcunt epatica, decem ſunt acini doſis, cum, &c.

De Sale Sarmentorum, nu. 109.

FRugiferæ Sarmenta vitis benè vruntur, & calcinantur, & lixiuium in nubium bis diſtillata aqua, in cuius quatuor quibuſq; libris, vna tantùm immergitur cineris in matula magna, mox euaporatur de more; & filtratur ad ſalem, eſt cunctis in gradi- *Nat.* bus cõtemperata natura, & inter ſales per- *Virt.* fectior; dominio Iouis, ac omnibus corruptis vehemens medicamen humoribus, febricitantibus, dyſenteriæ, ſanguinis effuſioni, cõtra peſtem, & lapidem in renibus, demouet ſudorem, & lotium, ac tandem in omnibus reſolutiuum, decem eſt acinorum doſis cum, &c.

De Sale Taſſi barbaſſi, nu. 110.

ISTiuſmodi fit exuberans cinis, & in reliquo ceù de cœteris, calida natura mixta magiſquè ſicca in ditione Mercurij, opitulatio eſt

Nat. podagræ, ſtomacho, tuſſi, & cunctis mor-

Virt. bis nimio calore correptis cruriumq; ardori, captos diſtendit neruos, eryſipellis, & ſacri ignis obliterat inflammationem inſuis liquatus aquis, doſis per os decem ſunt acini cũ &c. & cum proprijs etiam diſtillatis aquis.

De Sale Teſticuli caniſi, num. 111.

MAgnus eſt huius herbæ cum radicibus comburendus faſciculus ad cineres, & cum celeſtiali aqua lixiuium ad ſalem; calida, & ſicca, & humida natura eſt in domo

Nat. Veneris, vitalem, animalemq; erigit virtu-

Virt. tes; ſtomachi ſuppetias inueheit affectibus ac oris vlceribus in meliſſophilli aqua diſtillata maceratus; facit ſanguinem intaminatum, & iecoris pulmoniſq; promicat obſtructionem, decem ſunt acini doſis cum, &c.

De Sale Thitimalli, num. 112.

EXuritur, & hæc plata cum radicibus ad albiſſimos cineres, & lixiuium in ſtiubium aqua diſti lata pro ſale, calida eſt natura in
Nat. ſigno Gemini Mercurij domus, corpus
Virt. exonerat, bilem, pituitam, mœſtumq; laticem, & cunctos humores ad crura fluentes; eſt & hydropicis conſolatio, & opperculatis, decem ſunt acini doſis cum, &c.

De Sale Tormentillæ, num. 113.

SAtius foret ſi poſſent exquiri adiſtillandum recentia folia, ſecùs, in pluuiali bis diſtillatà aquâ lixiuium ad ſalem, frigidã ſentit ma-
Nat. gis quàm calidam naturam, ſed ſatis mo-
Virt. derato temperamento in ſigno Virginis Mercurij domus, vehementer ſe obycit inualentibus vrinam remorari, peſtiferis itē febribus, putrido aeri, ac vlceribus, vomitus & menſtrua frænat, ac fœtum abortiri ſolitis in modico tamen ſuſus aceto, octo eſt acinorum doſis cum, &c. ſed eſſet ſatis melior aqua propria.

De Sale Trifolij, num. 114.

HVius, priorum per omnia ſectatur formulam cum aqua propria, & copioſo cinere, integram diſtillando plantam, eſt calida
Nat. & ſicca natura in tertio gradu, licet domi-
Virt. nio Veneris, refrigerat hepar, cor illo exultat, ſanguinem deluit, ſuppreſſas demittit vrinas, prodigit epilepſiam, hydropem, mulierum deliquia vteri, tertianas, quartanaſq; febres, & menſtrua reuocat, eſt decem acinorum doſis, ſed optimus in aqua propria.

De Sale Valeriana, *num.* 115.

ETſi, toto hæc herba reperitur anno, melior tamen eſt menſe Maio, quando floreſcere inchoat, cuius in omnibus, cęteris eſt manipulatio ſimilis, calida in primo, & ſicca
Nat. in ſecundo gradu, ſigno Capricorni Satur-
Virt. ni domus, menſtrua, lotiumq; promit, decidunt illo laterum dolores, & coſtæ reniumq; pleurides, corruptionem profugat aeris, & vlcera gubernat in ipſa admotus aqua, decem per os ſunt acini doſis, & melior cum aqua ſua.

De Sale Verbenæ, num. 116.

DIſtillantur folia, & ſtipites cum reliquijs concremantur de lambicco ad lixiuium, & ſalem, calida, & ſicca eſt in ſigno Libræ domus Veneris, corporis cunctis propugnaculum eſt interioribus morbis, hepatis obſtructioni, renium, & pulmonis, profuſioni fellis, tertianis, quartanisq; febribus, aſthmaticis, & pulmonis vlceribus, lapidẽ diſcindit renium, & lotium exacuit, decem cum ſuis aquis eſt acinorum doſis.

Nat. *Virt.*

De Sale Veronicæ, num. 117.

ESt de Veronica intelligendum quemadmodum ee Verbena, calida, & ſicca in ditione Veneris, hic ſal in roſaceo refuſus aceto, peſtem refutat, ſtrumas, apoſtemata, cruſtas, vlcera gallici morbi, & peſtiferas febres; malos è corpore diaforeticè deijcit humores, atq; arenulas, ſcotomiæ, & memoriæ auxiliatur; ſanguinem generatim limat, & pectus, pulmonis viſcoſitatem, tuſſim, & aſthmam, ac hepatis lieniſq; obſtructionem, doſis cum aqua propria decem ſunt acini.

Nat. *Virt.*

De Sale *Viſnagæ*, *nu.* 118.

FOlia, & partes exiliores diſtillantur, & poſtea trunci, & radices ſeorſim omiſſa, cum fœcibus vruntur ad cineres, & reliqua, eſt
Nat. moderatè calida natura in ſigno Scorpio-
Virt. nis domus Martis, menſtrua lotiūq; accit; hydropem accurat, hepatis obſtructionē, atq; mariſcas in aqua ſua perfuſus, cuius lecta ſpongia (qui flos eſt dentes detergēs) Luna in Scorpione, hora Veneris, & geſtata ſuper pœnitus retaxat, nec ſinit illas vltra germinare, doſis decem ſunt acini cum, &c.

De Sale Violarum, num. 119.

DVm florent ſtillantur verno tempore, cum planta tota, & radicibus, ſed prius bene terguntur, vt mundi ſint cineres ad lixi-
Nat. uium, & ſalem; ſunt frigidæ in primo gra-
Virt. du, & humidæ in ſecundo ſigno Cancri domus Lunæ, ſanguinis eſt omnibus obuius ardoribus, febribus ardentibus, anguſtiæ pectoris, & arteriarum ſcabritiæ; bilem diuidit, & mæſtitiam, demit apoſtemata corporis; ac pituitoſos obterit humorees; decem eſt acinorum doſis cum, &c.

&

& in ſuis etiam aquis diſtillatis, quia ſolu-res ſunt.

De Sale Xiridis, num. 120.

NNn modica tandem eſt huius herbæ exurenda portio, ac benè calcinanda ad cineres, & in cęleſtiali bis diſtillata aqua lixiuiũ

Nat. pro ſale, calida natura in ditione Martis,

Virt. Spaſmis eſt aufugiũ, & frigidis doloribus, coxendici, vrinæ ſtillationi, corporis profluuio, ac pedum manuumq; doloribus, ſplenis duritiem deterit, ac tumores in aceto liquatus, & prauorum omnium eſt purgatio humorum in corpore condenſatorum, decem ſunt acini doſis cum, &c.

Et quoniam vegetabilia ſupra obſeruata, eiuſmodi ſunt virtutis, & efficaciæ, vt per ſe, affectionum plerumq; valeant curare partem, quæ humanis poſſunt officere corporibus, ſuperuacaneum duximus cœtera referre, eo magis, quòd hominis adaucto magiſterio, ad maiorem queunt deuenire perfectionem, ea tamèn (qua decet) adiecta ſedulitate. Et vt, qui ſint morbis proportionati liquores, apertiùs innoteſcat, quemadmodum in ſalis cuiuſq; fine nictatum eſt, hic vt ſequitur, ex parte elucidabimus.

Iule-

Iulepum, conſeruæ, ſyropi, & infuſiones, ſubſequentibus proportionata morbis.

Roſæ purpureæ. Stomachi ſunt proportionatæ debilitati, pituitis, ſtillationibus capitis, animi ęgritudini, ad emolliendum, & cerebrum, & cor, ac viſcera cuncta confirmandum.

Violæ. Bilis extinguunt inflammationem, ſitis ardorem, ventris duritięs, pleuritidem, Gumiæ acrimoniam, & ſiccitatem, vitia pulmonis, colicas paſſiones, atq; coxendicem.

Boragines Animi ſunt vehicula defectionibus, mœſtitiæ, tremoribus, aſthmaticis, febricitantibus, & bilioſis.

Roſmaris eiuſq; flores. Conferunt cordi, ſtomacho, cerebro, ventoſitatibus, flatis, ac frigidis corporis deliquijs.

Fumus terræ eiuſq; flores. Bilem ſedant, aduſtos humores, intercutes ægritudines, ſcabiem, lepram, impetiginem, ac ſimiles omnes affectiones, mundificant ſanguinem, ſtomachum roborant, & hepatis ſubueniunt morbis.

Mœ-

cicho- Mœſtis eſt idonea laticibus, bilioſis,
rea. ſanguinis depurationi, & ſimilibus.
flores Bilioſis congrui ſunt humoribus, hy-
perſi- dropibus, & cunctis obſtructionum ge-
ci. neribus.
flores Præſunt tuſſi, aſthmæ, pectoris an-
hyſſo- guſtijs, pituitis, & cunctis pulmonis vi-
pi. tij.
Sal- Cunctis præſtant cerebri deliquijs,
uiæ paralyticis, epilepticis, prægnantium
flores fluxibus, & vteri omnibus humiditati-
bus.
Eu- Omnibus eſt potens catarrhis, oculo-
phra- rum fluxionibus, & impedimentis viſum
gia obſtruentibus, craſſorum, & frigidorum
cauſa humorum.
Mal- Humoribus inſeruiunt intrà ilia ob-
uæ ſidentibus, veſſicæ affectioni, & inteſtina
flores linire.
Geni- Sunt optimi ſtrumis, ſplenis apoſte-
ſtæ matibus, coxendici, podagræ doloribus,
flores morbis renium, ad lotium proritan-
Capil dum, & lapidem in renibus, & veſſicâ de-
lorū terendum.
vene- Contraria ſunt pleuritidi, pectoris de-
ris fo liquijs, & pulmonis, mœſtitiæ, rubeæquè
lia bili.
aceto Iracundis accurrunt, & aduſtis, ac om-
ſa fol. ni-

nibus exuſtis hepatis moleſtijs.

Radi- Cerebri ſubueniunt valetudini, neruo-
ces A- rum debilitati, & cunctis humorum pi-
cori. tuitoſis vitijs, pectoris vexationibus, he-
patis, & lienis, ac vrinæ incitationi.

Mal- Sunt mirabiles tuſſi, aſthmæ, pectoris
uaui- anguſtiæ, grauedinibus, pulmonis infir-
ſci ra mitatibus, dyſenteriæ, tremoribus, atq;
dices. coxendicibus.

Cor lætificat, eſt contra aeris putre-
Ce-- dinem, venena, lepram, vlcera pulmonis,
drus. vrine dillicidijs febres, & obeſi illa ma-
creſcunt.

Peſtiferis eſt præſto febribus, ſcoto-
betto- miæ, memoriæ, ſtomachi viſcoſis humo-
nica. ribus, & pulmonis, pectori, tuſſi, & aſth-
mæ, ac matricem purat, & arenulas.

Viſcoſos expurgat humores, conſulit
Endi febribus, hepatis obſtructionibus, & lie-
uia. nis, hydropicis, ſtomachi ardoribus, cor-
diſq; paſſionibus.

Lupu Sanguinem perluſtrant, corpus de-
li. mulcent, hepatis, & lienis proſpiciqnt ob-
ſtructioni, interioribus corporis vlceri-
bus, longis febribus, & fellis profuſioni;
malū ac menſtrua lotiumq; accit.

puni- Oris eſt gratum vlceribus, tuſſi, aſth-
cum mę, & obſtructioni.
dulce

Hepatis adiuuat inflammationem, vl-
Morū cera gumiæ & pectoris anguſtiam.

Confractas pectoris iungit venas, ſan-
Myrtus. guinis diſtinet eiectionem, veſſicæ rodimenta delet, dyſenteriam, fluxus, & menſtrua, ſtomachum refocillat, & lotium excit.

Somnum reuocat, corpus illinit, ardẽ-
Papauer. tes reſtringuit calores, & febres, ſanguiniſq; naſi profluuium; refrigerat hepar, gumiæ inflammationem, & eryſipilles.

Acutas refellit febres, bilioſos ſtoma-
Ribes chi fluxus, & corporis; appetitum excitat, vomitus detinet, calidoſq; fluxus, & ſtomachum firmat.

Sanguinem ſiſtit, ſtomachi, & vomitus
Mentha. nauſeam aufert, hepatis, & ſplenis obſtructionem aperit; citat vrinam, & matricem expiat.

abſynthiū. Cordis poſtremò promicat palpitationes, vitia hepatis, contagia, ſplenis duritiem, ſtomachi obſtructionem, ac venarum miſeraicarum.

Et quanquàm multo plura ſint vehicula, quibus noſtri ſales ſumi poſſunt, tamèn ne ſimus in dicendo graues, nec illa multò vſu, omiſimus, & ſolùm hęc pauca, tanquàm vulgariora, ac præ cœteris clariora, inuexi-

mus,

mus, eſtq; aduertendum, vt ſupra prænotauimus, quòd priuſq; ad horum ſalium deueniatur vſum, ſit patiens benè purgatus, illi potiſſimum ſolemnes frequentèr purgari, excepto tamen, quando inopinato aliquis eueniret euentus, vbi non eſſet purgandi locus, vti dicere eſt, pleuritidem, vrinæ impedimentum, cordis palpitationem, vteri dolorem, lapidis cruciatus, & ſimilia. Nàm hoc imminente, protinùs adhibendum remedium, omni remota purgatione, haud quia bona non eſſet, ſed quia cunctandum non eſt, vbi periculum impendens, & hoc documentum ſit generale mandatum his, noſtris vſuris lucubrationibus, præterea commonemus, quemadmodum alias ſignificauimus, ſemper eſſe potiores ipſas ſalium aquas, quàm alios liquores, & ſpeciatim repentibus aduentibus; videlicet decem acinos ſaluiæ ſalis in ſua aqua fuſos, diſtillata per vitrũ, ac tèr, vel quatèr patienti ablatos, optimũ eſſe remedium vrinæ continuò concitandæ, & hoc ad exemplum tranſeat cœterorum. Hæc autem ſępius, minuſuè ſæpè ſumere medicamenta, tribus prouenit de cauſis, primo, e ſecundis cauſis; ſecundo à morbo vetuſtate confecto; tertio deniq;

ex ipſo medicamine; dicamus apertiùs, ſi cœli, ob, quam cum ſublunaribus habent, correſpondentiam aſpectus influunt martiales, quomodo cum Saturninis agendum, cum non ſit interſe connexio? ex quo Mars calida eſt, & ſicca natura, & Saturns ſicca, & frigida. Secundo ſi ex diuturno tempore inueteratus eſt morbus, nequit tàm citò patiens liberari, ſed frequantione medicaminis, & abſq; curæ interpellatione, tertio demum, ad languentis nanciſcendam ſanitatem, eſt morbi inſudandum pernoſcere qualitatem, moxq; conueniens admouere remadium; ſecùs, morbum pro morbo curãdo, non fertur, imò loco curationis, morbus ingrauaſcit, & ſi priùs erat ſimplex, fit, contrà operando mixtus, & hoc pacto, quomodo poterit cũ ſimplice, mixto mederi? ni fortè eſſet paratus lapis philoſophalis, qui in ſe continet quantum poteſt exoptari boni, quæ quidem quatuor ſunt partes eſſentiales, calido, & frigido, ſicco, & humido occurrendi, veluti cumulate præſignauimus quodã in noſtro opuſculo, chimicum colloquiũ inſcripto, & hoc ſat quoad carnium ſales, ac vegetabilium, & ad tertium minaralium præmittemus tractatum, modo ſequenti.

De

De Mineralium Diſput.III.

SI, ergo, carnium, & vegetabilium ſales (vt in ſuperioribus patet) tantæ conſpiciuntur eſſe virtutis, nulli dubium quin triplicatæ, ac maioris efficientiæ erunt mineralium; quemadmodum in iſtius proceſſu pandetur diſputationis, cùm eorum compoſitio, & natura ſint vaporoſæ ſubſtantiæ, primæ ſubſtantiæ præcellentis, ac tanquam puriores, perfectioreſquè partes homogeneum ſentiunt magis quèm etherogeneum, & hæc dignoſcitur perfectio ex mutatione, & denudatione, quas longa, & & aſſidua faciunt concoctione ſuperfluitatum, quam in dies recipiunt à calore centrale, nec aliud ei ſupereſt quàm porportio ſubſtantialis, cuiq; idonea magiſterio, præterea ob ipſam naturam, & concoctionem, etiam à cęlis cęleſtes adipiſcuntur virtutes, & quò magis conſtipata, ac terræ viſceribus internata ſunt, tantundèm maioris euadunt perfectionis, vt experientia probauimus in eliciendis eorum ſalibus, de quibus hìc ſumus dicturi, hoc ſcilicè pacto, vt quanto magis perfecta ſunt, tantoquoq; magis homogeneam retinent

ſubſtantiam,& dant formam, & colorum varietatem ipſis etiam gemmis in copia tanta,vt iure dici poteſt,herbas non habere tantas, nec flores earum. Et hoc nullo modo potirentur,ni eorum diſpoſitio ſubſtantiarum pluſq; perfecta foret, præ,quibus fulgent, lumine, & nitore, præter interclusas cœteras virtutes, ſed linquamus quæſo generalitatem,& ad ſingulare tranſeamis, quod eſt quidem eorum de ſalium diſceptare virtutibus,in quo aliquod tempus impendimus,& experti quoq; ſumus;quare libere profitemur,mirabiles in conualidando humanam naturam,& corroborando effectiones vidiſſe; immò quis vnquàm crederet ipſa vegetabilia animalia,& mineralia, adiumentum ex ipſis excipere ſalibus? & tamen hoc nos experiētia docet; nàm inſpergendo de ipſo ſale vegetabilia,tantum recipiunt vegetatiuæ, vt fructuum maiorem afferāt numerum, in animalibus calfaciunt naturam, & geminas maximas viuificant virtutes, vitalem .ſ. & animalem,quibus viuificatis,cęteræ cunctę congruentur excitantur;& mineralibus,ob ipſas,quas detinent,ſubſtantias minerales, virtutes impertiunt materiæ conuenientes: quapropter oritur poſteà

ſteà tranſmutatio, quæ impurum depurat impurum. En ergo quomodo ſales mineraliũ cœteros præcellunt,in cunctis agentes tribus naturis, quod carnium non faciunt, nec herbarum. Hi autem ſunt, qui virtutes communicant, vigorem,& robur, peſtiferum quemq; morbum depellunt, tuentur, & homines diù præſeruant incolumes;ac abſoluta res eſt, ex his omnes illos pendere bonos effectus, quos nunq; perfecta poteſt medicina proferre. Sunt enim præſeruatiui,roboratiui, conſolidatiui,& nutritiui,naturam libentèr circumnectunt,& non(vt cœteri) excindunt;peccantes tantùm tangunt humores,non perturbant,non debilitant,non remittunt,uires non imminuunt,nec ſenſus peruertũt, ſed adaugent,& communiunt. Ad ſummã eſſentia ſunt eſſentiarum, & conſequenter maximę exiſtimationis, præ, quod deferunt,nutrimento,ceù partes magis ſubſtãtiales;& plerifq;in locis ſcriptorum noſtrorum, tria monuimus in eſſe mineralibus, ſpiritum videlicèt,animam,& corpus,hoc eſt, hydrargyron, ſalem, & ſulphur, & his immorantibus,eſt quoq; verum, aquam adeſſe,oleum,& quin.tam naturam. Nec lateat, ſales nunquam à mineralibus ex-

trahendos, niſi prius eorum cunctas euertantur vires, atq; calcinentur, & ſemel facti ſales, nequeunt in corpus ampliùs remigrare, & quos miros ipſi operantur effectus, eſt, quia corpora mixta ſunt, & in primam redacta materiam; & quò magis à perfectis erũt hauſti corporibus, eo quoq; magis eorum erunt perfectæ virtutes; & hoc totum conſpeximus, & aduertimus quibuſdam loco, & tempore, cœlos videlicèt, veluti ſuperiores partes quandàm eis nedùm influxiſſe reconditam virtutem, quam nos neſcimus, verùm etiam nonnullas indexiſſe formas, ac hominum, animalium, & ciuitatum effigies varias. At hæc, ſic à natura obſignata, ſunt ex ſe rariſſimæ virtutis, & quodammodo natura videtur coacta illis in lapidibus ſimiles imagines ea forma imprimere, ad ſignificandas creaturis, quas celi indicãt inclinationes, quarè, ſi verum nobis eſſet initij apertum tẽpus, quo illas in ipſis formas natura effinxit lapidibus, eorum vtiq; ſciremus occulta ſecreta, at vbi non eſt id nobis permiſſum, ſaltìm non prohibendum illud multa noſtra experientia, & aſtronomica coniectura perquiſitum, vt eſt dicere, ſi aliquis reperiretur lapis (quemadmodum reperitur in dies) ſculptus figura hominis ma-

nu cultrum tenentis, & inſidentis Draconi, hunc dicimus poteſtate potiri malignos eijcere ſpiritus; ſi barba longa ſuper aratro, telluris indicaret proficere cultui; ſi armis in manibus, geſtātē promitteret honeſtari; ſi floribus itē in manibus, oībus generatim benè faceret acceptū, & clarificatū; ſi coronatus, cūctis gratū, ſi verò lapis figura ſculptus fuerit ciuitatis, dominium geſtanti prædiceret, & animi magnitudinem; ſi Aquilæ, Venatores defenderet à feris, & ſi Lupi, doli non præualerent; ac deniq; innumeræ ſunt quas hi lapides continēt virtutes, vbi ſic ſimpliciter natura inſculpit, & multū nimirū eſsēt numeri, ſi formæ ipſarū imaginū in lapidibus forēt effinctæ natura facit, decens planè eſt, vt & nos eò cōtendamus arte, & attētione peruenire, quò natura nequimus, & hoc artificiū, quod appellamus empyricum, eſt hominibus incertum ad tempus, ſed vſucaptū, dicitur methodicum ſecundum phyloſophos, licèt non deſint, qui ſales denegent mineralium, & ſunt quidèm exculpabiles; quoniam eorum noſſe non plus vltrà præterit. Sinamus quæſo eos in ſuæ lethargo dormitare inſcitiæ, & remeamus ad noſtra. Plura igitur è mineralibus, & ſemineraliralі-

ralibus pertrahnntur,aquæ videlicèt, olea, quintæ eſſentiæ,ſales, balſami, & arcana ; qua in re quo diligentior artifex in operando, eo nobilius artificium, ab impuris pura ſecernendo, etherogenea de primendo,& homogenea ſublimando, ſed antequam ad huius deueniamus proprietatẽ diſputationis, non erit infructuoſum aliquid ſuper generalitate digerere, vt eo facilius huius deprehẽdatur onus magiſterij

Extrahendorum ſalium è mineralibus, & ſemineralibus, formula generalis.

LOnga interdùm, & aſſidua calcinatione virtute ignis, cùm ſit per ſe penetratiuus;& ſubſtantiuus,ſales eliciuntur à metallis; aliàs verò altero adaucto agente, metallum ad ſui calcinationẽ libenter diſponente. Monens tamen,quòd quò fixius erit metallum, eo facilius ignitionem aſſumet,quamquàm plus inſumetur in calcinando temporis, hac autem benè facta calcinatione, ſeparatio fiet, & à

reſidentibus fœcibus,ſal haurietur,& ad id metallo redacto, ne ſibi quis arroget, vt crebrius annuimus, illud vt prius in corpus reuerti, hallucinatur,& patet exemplũ, ab vno ſiquidem vegetabili nunquam poterit ſal exhauriri, niſi ſulphur, illiud in eſſe ſuſtinens, abſumatur; & hoc bimodis nempè fit], altero ſcilicèt materiam comburendo, quo cunctas ſulphureas contenentur partes; altero verò phyſica diſtillatione, vndè caliginoſus emanat liquor,& à reſiduis in ſtorta fœcibus oritur ſal, caput mortuum à philoſophis dictus,& hęc perfectior formula eſt à metallis carpendi ſalis, qua qui non vtitur, à venis realibuſq; recedit principijs,& hoc ſatis generalitati, vt ſpecialitatem adeamus.

Ex auro Sale excerpendi formula, num. 1.

DIuerſe ſcriptitarunt diuerſi,& experti ſunt, ſalem ex auro captare arbitrantes, ſed fruſtra totum, veluti probarunt euentu, quoniam in tenebris ambulauerint, deflectentes de recta. De ijs namq; plurimos poſſemus coràm nominare ſuis cum ſententijs, & inanibus operationibus, at nè lectores grauemus, ac tanquam ſuperuacaneum, de

de relinquimus, & quæ ſit, huius benedi-
cti acquirendi ſalis, ſeruanda formula rea-
lis, ſolùm expromemus,

Vna ſiquidèm auri ſumitur portio, & quatuor de piron, ſiuè quebrith, & in argilleo vaſe rude, ſtratum fit ſuper ſtratum, ad quatuor vel quinquæ horas comburendum; idque ſexies, vel ſepties repetitur, ſemper de piron quatuor partes addendo, donec aurũ illud adeò frangibile fiat, vt valeat cõtundi in tenuiſſimum puluerem; tùm aqua ſumitur nubium in vitreo diſtillata, & in vitreo vaſe ponitur, ſaggiolo nuncupato, cum puluere ipſo ad horas quatuor digerendũ, nonnullas infundendo guttulas olei grumæ, vel crepini; cuius interea aliquæ ſoluentur partes, quæ ſeorſum in vitreo locabuntur vaſe, & quæ in ſaggiolo remanſit, reſidentiæ aliæ rurſus quatuor ſuperadduntur, vt prius partes de piron, hocuè tãdiù reuocatur, donec totius corporis fuerit facta ſolutio, quæ quidèm atramentata eueniet. Tota hæc recepta ſolutio, in vitreo vaſe patente locatur euaporanda, & quædàm interim in ſublime conſtruetur pellicula, quæ cum ſedulitate in alio vitro & frigido loco reponitur condenſanda ad lapillum, mox aqua illa iterùm euapora-

bi-

bitur, vt iterum pellicula ſtruatur, iterũq; in frigido loco ad lapillum ſiſtatur, ac tã-diù hoc repetitur, donec aqua tota lapideſcat, & hi omnes lapilli phlegmatæ liberati in retorta deponentur, & fiet, ac ſi oleũ foret atramentarij ſutorij faciendum, ſiuè vitrioli, & ſic phlegmatica pars conſpicietur egredi, qua ſeorſim poſita, vehemens reliquo admouetur ignis, à quo totum, ad inſtar potabilis liquoris, cum ſuo naturali colore, corpus emanabit. Hic autèm liquor aſſeruatur, & ſuis loco, & tempore, de ipſa agemus compoſitione. Corpore itaq; (vt dictum eſt) egreſſo in perfectiſſimo colore, reperientur in fundo retortæ feces eius, caput mortuum iàm dictæ, quæ in luteo vaſe rude aperto declinantur, ac per decem, vel duodecim horas admouetur ignis, ſpatula tamèn argentea ſemper mouendo, donec probe fuerint calcinatæ, & ità facile haurietur ſal, facto prius cum celeſtiali aqua diſtillata lixiuio, & hic erit ſal auri verus, quo in proximis vtetur in-

Nat. firmitatibus, eſt calida, & humida natura in gradu tertio flauus in primo, fixus in tertio, ac ponderoſus in quarto, quem ſo-

Virt. lem vocant philoſophi, cùm in dominio ſit Solis, innumeræ planæ ſunt eius virtu-

tes

tes,& inter cęteras,morbum effugat gallicum,hypropem,arquatos,hepatis obſtructionem, ſplenis, & pulmonis, ſuperfluos quoq; peſtiferoſq; latices, atq; febres, & eorum pleramq; partem per ſudorem, ac alias innumeroſas,quas breuitate dimictimus;ſex eſt acinorum doſis, eum proportionatis liquoribus, vinum tamèn potius eſt.

De Sale Argenti, num.2.

HVius mineralis confectio ſatis ſimilis eſt auro,hoc eſt,pars vna argenti,& quatuor de piron, reliquum vt ſupra, frigidum eſt *Nat.* tertio humidum in primo, poroſum in tertio,album in quarto,& commune pon-*Virt.*dere in primo gradu in dominio Lunæ;lunaticorum dementiam diſpungit,atq; ſtuporem, ac maniam patientium,item deliquia cerebri, cuncta hepatis obſtructionum vitia, lienis, & pulmonis, ac omnes corporis per ſudorem prauas qualitates, abſquè virium debilitatione vitalium, nec aliquo compoſiti detrimento,quinentiam cunctas eius effulcit virtutes, vitalem potiſſimum, & animalem, atq; membra; neruorum diſpellit ſpaſmum, & illos magis

gis magiſq; edurat, doſis quinque vſquè ſex ſunt acini cum, &c. vel generoſis vinis.

De Sale Cupri, *num. 3.*

HAc tantummodò, hic ſal à ſuperis, diſcretione conditur, vna videlicèt parte Cupri, duabuſq; de piron, olei crepini opificio, ac ſui liquoris extractione, cœterum
Nat. de more, calidum eſt in tertio, ſiccum in
Virt. prima, poroſum in tertio, mixti coloris, communiſq; ponderis, dominio Veneris admirabilia quidèm efficit cunctis difficilibus reſtituendis morbis, cancris, fiſtulis, vlceribus, formicis, improbis plagis, præſeruandis carnibus, ſuperfluis ſine dolore reſecandis, polphili deuiando morbo, & vlceribus in collo veſſicæ malgama factus, ac inſanabilibus cæteris ægritudinibus, ſex ſunt acini doſis cum, &c.

De Sale Ferri, num. 4.

EXamuſſim de forro fit, vt de cupro, ac tandiù repetiturl, donec valdè bene calcine-
Nat. tur eſt frigidum in primo gradu, ſiccum in
Virt. tertio, & in ſecundo poroſum, dominio Mar-

Martis, ſatis eſt hic ſal aſtrictiuæ virtutis; & ideò mirabilis generatim morbis diſſolutiuis, cunctis hepatis, & corporis fluxibus, arctando, & emuniendo, hydropicis, pituoſis humoribus, aſthmæ pulmonis, dyſſenteriæ, mulierum profluuijs, mariſcis intra, & extra, cancris, lupaticis morbis, fiſtulis, ſerpiginibus, ac illis omnibus eiuſdem naturæ morbis; & naſi, vulnerumquè ſanginem ſiſtit, medendo, & annectendo, ſex eſt acinorum doſis cum, &c.

De Sale Stanni, num. 5.

Istius vna ſupputatur portio; & vna de piron, reliquum de ritu, frigidum, & ſiccum eſt in primo gradu, poroſum in tertio, mixti co-
Nat. loris, & nihil fixum, in ditione Iouis, vlce-
Virt. rum quibuſq; putridorum, vulnerumquè generibus medicinam exhibet, cancris, & polphilis, cum aquis, vel oleis morbis appoſitis, doſis ſex acini ſunt.

De Sale Plumbi, num. 6.

Idipſum cùm ferme ſentiant plumbum, & ſtãnum, idipſum quoq; eorum erit magiſteriũ, frigidum eſt in tertio, humidum in quarto,

to, fixum in ſecundo grado, quadam cum mollitie, & ponderoſitate, ſub albi coloris, ſed non poroſum, dominio Saturni. Cuncta vniuersè reualeſcunt illo genera vulnerum, cancrum, polhilum, nolimetangere, lentigines, ac morbi ſimiles omnes, & repudiatę plagę, ſex ſunt acini doſis cum, &c.

De Sale hydrargyronis, nu.7.

EA quæ velit, portio ſumitur huius mineralis, & in retorta reconditur proceri colli, culcita dicta, vulgò matarazzo, ſex palmorum longitudinis, operculum imponendo cum recipiēte, poſt hac vehemens adhibetur ignis, nequeat hydrargyron capitium conſcendere viuum; hic autem ignis perduret, quoad clara effluat aqua, & in fundo vaſis ipſius reſidebit argenti viui terra, cuius ſi viuus aliquis acinus in ipſo fundo fuerit, ſecernatur, & fęces illæ in ruſtico vaſe ad 16, vel 20. dies calcinandæ deliquentur, ſemper ſpatula miſcendo ad ſalem, eſt

Nat. enim frigidum in quarto, humidum in tertio, in primo album, poroſum in quarto

Virt. ac magnæ ponderoſitatis in ditione Mercurij, ſiquidèm hiſpanicum, gallicumquè emolitur morbum, hydropem, vlcera veſ-

ſicæ,deliquia gumiæ , renium lapidem, & affectiones eiuſmodi,ac per vrinam, & ſudorem cunctos vitioſos,atq; prauos humores,octo vel decem ſunt acini doſis cū,&c.

De ſemineralibus.Diſput.IV.

NVnc ad ſemineralia tranſeamus. Sunt etenim rariſſimæ virtutis,quibus cōmodiùs acquirendis,ipſorum vnumquodquè particulatim enodabimus magiſterium.

De Sale Alcali, num. 1.

COmpingitur hic ſal de vitrariæ ſcoria , tenuitèr contundendo , & ex tartari cineribus,& communiaqua lixiuium; qui quippè valdè eueniet fuſibilis,& ab cuiuſq;me-
Nat. talli fuſionem idoneus calidus , & ſiccus
Virt. eſt,obſcurus in primo , & ponderoſus in quarto gradu huius aquæ gutta tantùm ſtomachi edulcat ardorem,ſplenis obſtructionem,hepatis,& pulmonis , ac ſitim ardentem,& congruis cum liquoribus eualeſcunt hydropici . Et hic ipſe ſal ſtillatur per retortam , duabus admixtis partibus ſicci,& benè calcinati lateris , trium eſt ad

ſum-

ſummum guttarum doſis, ſed ex conſuetudine duarum, & nonnullis immixtis aqua plantaginis, vulnerum efficat vermes, ac mirę edolat.

De Sale Antimonij, num. 2.

FLores antimonij ex regulo, vt fieri ſolet, in ruſtica ol a, ad reuerberationis ignem per 30. vel 40. dies rubificandi ponuntur, & poſteà extrahendæ tincturæ, ſpiritus infunditur aquæ vitæ; & hic ſpiritus toties refunditur, donec funditus ſit hauſta tinctura, quæ ſeligetur; & ad cauendum an tota ſit abraſa, plus inſpergetur aquæ vitæ, quòd ſi non tingetur, erit inditium non plus ineſſe tincturæ. Hæc autem aqua tincta euaporabitur, & quod in fundo reſidebit matulæ, tinctura erit, quodquę liberū ab ea, caput mortuum, iterùm calcinandū igne reuerberationis in ocluſo vaſe, quo expleto, lixiuium ex aqua fit nubium diſtillata, & ſic ſal veniet perfectiſſimus, eſt
Nat. frigida natura in gradu tertio, in ſecundo ſicca dominio Saturni; & ideò illum philo-
Virt. ſophi magnetem vocant ſaturninum, & magnæ quidem eſt virtutis quibuſq; curandis morbis, corpus nempè omni exe-

reat aduerſa valetudine, ſanitatem viuificat, ac præcipuas virtutes; repubeſcere facit; radices diuellit, quæ cauſa ſunt humana vlcerandi corpora, & omne impurum, inſanabiles quoq; morbos omnes, contractiones morbillos, paralyſion, apopleſiam, peſtiferas cunctas ęgritudines, puſtulas, lepram, & quodq; ipſius naturæ malum, itẽ hydropem, oculorum defectiones, hepatis obſtructionem, pulmonis, & ſplenis febres ac omne contagioſum, atquè colicam in aqua melliſſophili fuſus, decem ſunt acini doſis cum, &c.

De Sale Arſenici, riſagallæ, & orpimenti, num. 3.

HÆc tria vnum ſunt, idipſum proindè de omnibus eſt coniunctim perhibendum, ex his namq; exeritur metallina, cuius vna pars, & quatuor de ſublimato, in vitrea lutata retorta ponuntur, quæ duo dabunt olea, album ſcilicèt, & rubeum, album ſiquidèm eminebit, ſubibit verò rubeum; aduertatur tamèn, eminens non eſſe materiam orpimenti, ſed ſublimati; quod ità ſit, probetur, nàm ſi vas linquetur apertũ, materia illa orpimenti, volatilis cùm ſit, eua-

neſcet,& adhoc nè ſit volatilis,curetur, v fixetur tali pacto,condantur hæc duo cor pora ſimul in retorta, & ſuperaſpergatus de ſpiritu nitri, & quater, vel quinquie trayciantur, de ipſo ſemper ſpiritu reſundendo, & conſpicabitur eorum alterum reſidere,nolens diſtillare:amoueatur tunc ignis, & ſic in lapidem gelaſcet albi coloris;ad hoc autem ventum cum fuerit, retorta frangatur,exãcletur lapis,& in vitrea trulla reponatur, quia aerem ſentiendo, magna ex parte continuò ſoluetur, mox diſtillata ſuperfundatur aqua communis, & ferueat ad euaporandum,iduè totiès repetatur, quoad in ipſa aqua ſalſedinem omninò relinquat,& ſic in fundo vaſis cõfectum manebit opus, quarè, an ſit perfectum cognoſcatur, puſillum de ipſo ſuper igniti laminam ferri effundatur,quòd ſi fixum fuerit, non fumigabit, & ſi adhuc fumum emittet,reiteretur cum ipſo virginis ſpiritu nitri,& ſic fixus quidam conſidebit puluis coloris ſiluestri papaueris, cui, in benè lutato ruſtico vaſe, datur ignis reuerberationis probe calcinando, hoc autem peracto,fiet ceù de regulo, tincturam videlicèt,ſeorſim ſegregando ad vſus, (ſi capis,me capis) qua tota hauſta, deſumi-

tur reliquum de retorta, vulgò dictum caput mortuum, ac tenuitèr contuſum, locatur in olla denuò calcinandum vt ſupra; ex quo certus, & realis, facto cum cęleſtiali aqua diſtillata lixiuio, ſal exhauritur,

Nat. ſunt enim hæc tria calida, & ſicca natura in dominio ſolis, quorum ſal peſtem elidit fi-

Virt. ſtulas, cancros, ſcirra, fungos, ſpongias, ac morbos omnes inſanabiles, radicitus euallando; vlcera luit, immundam carnem, atq; cancrenas, & optimum eſt febricitantibus, hydropiciſq; remedium, ſex eſt per os acinorum doſis cum, &c. extra verò cum aquis morbis conformibus.

De Sale Magnetis, *num.* 4.

SVfficiens huiuſcæ eſt ſæpiùs accendenda portio, & in acerrimo, ſingulis vicibus, aceto reſtinguenda, tùm ſubtiliter tundenda, & in ruſtica imponenda olla, perdiù reuerberatorio calcinanda igne, qua facta calcinatione, abſumitur tinctura ſpiritu vini; quòd ſi primo non exertatur, rurſus calcinabitur, & vini ſpiritus infunditur, ac demùm prorſus abſtracta, calcinatio ipſo reperitur reuerberatorio igne, & ſic erit funditus abſoluta calcinatio, & aqua nubium

exa-

exacto lixiuio, ſal totius emerget perfe-ctionis; eſt quidem frigida natura in primo gradu, ſicca in tertio dominio Martis ad inſtar ferri. Membrorum fulcrum eſt leſionibus, nec vnquam ſinit ea putreſcere; ſalutem vehementer propugnat; corporis generatim cuncta membra ambit, ac ter in quaq; hauſtus hebdomada cum ſyropis proportionatis hominem fermè facit incorruptibilem, doſis eſt quatuor, vel quinque acinorum.

De Sale Smirilli, nu.5.

IN totum cum ſuperiori concordat hoc opificium, eſt frigida natura in primo gradu, & arida in tertio Marte dominio; vnitus re-*Nat.* petitur attractiuæ virtuti, & cunctis affe-*Virt.* ctionibus ex hepate prodeuntibus, epaticis fluxibus, dyſenteriæ, venis interius erumpentibus, internis vlceribus, hepatis obſtructioni, pulmonis, atq; lenis, paralyticiſq; membriſq; laxis, ſunt quatuor, vel quinque acini doſis cum, &c.

De Sale Nitri , num.6.

SIt nitrum ex purioribus,& perſectioribu: probe exarenatum , & ſalis omnimodis pers,fiat de ipſo ſimplex aqua fortis,& retoitam , ſiuè leutum totus effluat ſp tus, & ad intelligendum an ſit verè pe ctum,puſillum erit in aqua forti ſoluei argenti , ac poſtmodum illius paululu infundendum nitri à quo ſpiritus eſt e landus ſi Luna non ſe merget in fundu vaſis , perfectum erit nitrum , ſecùs ſi merget eius autem cognita perfection diſtillabitur,extat dictum; monens, qu ſpiritus,& nitri pars,ſublimabunt ; ſumi tunc ipſe ſpiritus, & pars illa ſublimata, ſeorſum deponitur ad vſum artis nece: rium ; & quæ in retorta fœces manſer tenuitèr comminuuntur, & in olla ca nandę clauduntur;quibus calcinatis in ſtillata nubium fit aqua lixiuium ad lem,calidum eſt in primo gradu, ſimili

Nat. album in primo,poroſum in quarto,nc fixum,ſed grauis ponderis , metalla co mouens,& carentibus pondu s imperti

Virt. in Solis dominio ,'eſt verè ventriculo ſtentaculum , vehiculum digeſtioni, cc ualidatio ſtomachi, & à putrefactione c

ſen-

ſenſor, ac illo breui tepeſcunt vomitus, trium eſt acinorum doſis cum, &c.

De Sale Gemma, num. 7.

CVnctatur in terra, & altiſſimi reperiuntur de ipſo montes, cuius, quę placuerit portio in ruſtico vaſe reponitur, fabriferrarij fundenda follibus, & facta fuſione prima, iteratur per ter; tùm in fiſtulam proijcitur, & ſic diaphna, ac perlucida criſtallo ſimilis eueniet, mox ſubtilitèr contunditur, & in bene lutato leuto ſiue retorta, reuerberatorio diſtillanda admouetur, de qua exalabit ſpiritus, & caput mortuum erit in fundo vaſis, quod ad calcinandum tunditur pro lixiuio cum cęleſti aqua diſtillata.

Nat. ad ſalem, eſt calidum in primo gradu, humidum in tertio, album in quarto, fixum in tertio, non eſt poroſum, ſed volatile, & metallis pondus tribuit, eſt aurium cura-

Virt. tio vlcerum putulentorum, & erniarum, hydropis, obſtructionis hepatis, pulmonis & ſplenis, oculorum emendator nubecularum, & natarum, ac vlcerũ totius putredinis ſine dolore roſor; podagræ dolores de foris alliniendo, vehementèr diuertit, & crebrò vſu totam intercutem euergit aquam

aquam, ſunt quatuor guttæ doſis cum, &c. in ditione Mercurij.

De Sale Communi, nu. 8.

E Liquato per ter, veluti de ſuperiori effatum eſt, ac toto hauſto ſpiritu, caput mortuum erit in fundo vaſis, ex quo ſal adueniet, preuio lixiuio in aqua nubium diſtillata.

Nat. calida natura eſt in gradu tertio Solis im-*Virt.*perio. Oblatus ęgrotis cum aquis, vel alijs congtuis liquoribus, ſitim eiectat; incolumitas eſt hydropicis, operculatis, febricitantibus, ardori ſuperuacuo ſtomachi, fellis effuſioni, internis vlceribus, atq; paralyticis; comparatis deforis vngento liquoribus, podagrę deſiſtunt dolores; ac hominem incorruptibilitate penè ambit, quatuor, vel quinquè ſunt acini doſis cum, &c.

De Sale Vitrioli Romani, num. 9.

EA, quæ huius portio velit, in teſtuatio cõſtituitur ad tempus, vt ſatis rubeſcat, & cõſummatis flegmatibus, ſubtilitèr contunditur, ac in bene lutato leuto mandatur paucis lignis reuerberatorij furniculo; totoq; exalato ſpiritu, excipitur caput mor-

tuum

tuum reuerberationis igne calcinandum, & cœleſti aqua diſtillata lixiuium adipi-
Nat. ſcendi ſalis eſt in ſecundo gradu calida na-
Virt. turâ,& ſicca in primo dominio Veneris, illo cunctaferme vireſcunt membra corporis;gumiæ columellas quamuis gallico affecta morbo, euoleſcit, dentium dolores, extenuatæ gengiuæ, tonſillæ, & omnes è capite,tùm frigidæ, tùmuè calidæ manantes affectiones, cordis patientes palpitus, ſincopæ,pleuritis, verbumq; amittentes; effluit bilis affluentiâ,ciborum nauſea,ſtomachi rubor,putridus ſanguinis,& cunctę capitis generatim defectiones, min grania ſcilicèt,dolores,lethargus,phrænefis, mæror,memoriæ deliquia, grauedines, vertigines,& ſimila,præterea apopleſia,paralyſis,polphilus,epilentia, corporis expletio, tremor capitis,oris putridæ plagæ, putor, atq; amaritudo, omnes inflammationes, canina famis,ſtomachi durities, & paſſiones,bilis,ſanguinis vomitus,bilioſi fluxus, ac ſtomacales,colici dolores,& cetera eiuſmodi,ſanguinis effuſio, & vomitus conticeſcunt;congruit ſtomacho,& vitali virtuti digerit,nec cibum corrumpi, ſed magis appetere ſinit,eſt quinque, vel ſex acinorū doſis cum,&c.

De

De Sale Sulphuris, nu.10.

EST in bene lutato vaſe diſtillandum, ſed priùs neceſſariò corrumpendum menſtruo ſuo, alioquin non diſtillaretur, & hoc menſtrum, ſpiritum bouis vocant philoſophi, & ſulphuris totam facit ſtillare obetitatem ad inſtar olei rubicundi, ſed non accendibilis; & caput illud mortuum in vaſe relictum vehementer extolletur, & faciet omnino, vti gummæ faciunt, manens velut ſpongia, ſiue ſpuma mellis quando diſtillatur, ac adeò eſt illi cõſimilis, vt quis quis ille ſit philoſophus, & diſtillandi ſulphuris vſum non habuerit, eamdem ęſtimabit, & hoc accidit, ex quo odore careat, & ſapore, ſed tanquam carbo eſt leuiſſimus, foraminibus circumſeptus, anguſte igitur hoc teritur caput mortuum, & in olla ad vigeſima dies calcinandum imponitur reuerberatoria fornace, & exindè ſolitum exequitur in nubium aqua diſtillata lixiuium

Nat. pro ſale, eſt in tertio gradu calida natura.

Virt. & in ſecundo humida, dominio Martis. Præſeruatiuum ſanè eſt, nàm illo humanorum deficit corruptio corporum, & incorruptibilitate donantur, generi cuiquè curationem adhibet infirmitatum, tuſſi ſiqui-

quidem, pulmonis vlceribus, mariſcis, febribus omnibus, acutis morbis, caninæ ſami, gallico morbo, hydropi, hepatis affectioni, torminis, ſplenis deliquijs, tabidis, aſthmaticis, gumiæ defectioni, matricalibus doloribus, colicæ paſſioni, calidis, frigidiſq; morbis flatibus, & epilepſiæ; confugium eſt reſpirationi, atq; ſtranguriæ; ſtomachi; ac præcipuorum confirmatio mẽbrorum, mœſtas emungit partes in corde conſidentes; ac demùm proportionatus contra peſtem, aeremq; putridum, quinq; vel ſex ſunt acini doſis cum, &c. & in externis cunctis vlceribus optima medicina.

De Sale Prunelli, *num.* 11.

NItri perfecti portio vna, ſulphuris altera, ſimul tunduntur, & in olla patulo ore ponuntur, ac donec benè concrementur paulatim cibantur, & ſic in fundo ollæ quædam ſubſiſtet materia nigra, quæ communi ſoluitur aqua, & filtratur, iduè repetitur per ter, & ſal ſatis deueniet albus, qui ſal prunellus promiſcuè dicitur, cùm gumiæ prunellas detergeat; at ſi vt criſtallum fieri vellet pellucidum, fortibus eſt ſundendus

dus ſollibus,& in quodq; poſteà proijciẽdus cauum, ad quam velit formam inducendam,& maximæ eſt nempe æſtimatio-
Nat. nis, calida natura in primo gradu , & pon-
Virt. deroſa in quarto eualeſcunt illo, (vt inquimus) prunellæ gumiæ, ardentes febres omnes, linguæ, dentiumq; rubores, diſtillationes capite ſcatentes, epileptici, cunctæ gumiæ inflammationes, hepatis ægrimoniæ, pulmonis, & ſplenis, aſperarum impedimenta arteriarum, omne vitium à pulmone prouenients,& præcipuè aduerſæ cunctæ valetudines è diſtillatione naſcentes; præterea interni inſtaurator caloris; vitalium recreator ſpirituum, vocis clarificator,& reſpirationi cõſonus, doſis decem eſt vſq; quindecim acinorum cum , &c. ſitis extunctor.

De Sale Aceti, num. 12.

Sit acetum de vino, & vt phlegmata egrediantur, ſedulò diſtilletur, quibus cognoſcendis lingua probentur, quæ mordere cùm ceperint, celeritèr permutatur recipiens,& egreſſa aſſeruentur phlegmata, de quibus ſuo loco dicetur, tùm ſequendo diſtillationem, ſpiritus excipietur,& denſa quæ-

quædam erit materia in fundo ſtortæ inſtar mellis, his ità diſpoſitis, ille tantummodò exceptus, ſumatur ſpiritus, & ſuper ipſas refundatur fœces, ſic tèr, vel quatèr faciendo, (quod à philoſophis communiter alcalizatum dicitur) poſthac ipſæ ſumuntur fœces in ſtorta relictæ reuerberatorio calcinandæ, mox facta calcinatione, ſolitum fit lixiuium proprijs phlegmatibus ſupra aſſeruatis, bis vel tèr filtrãdo, vt

Nat. ſal eueniat albus purus, ac bene appara-
Virt. tus, eſt natura frigida in primo, & ſicca in ſecundo gradu Saturni dominio. Vna ſalis huius portione, & decem ſui ſpiritus, ideſt aceti, tot vicibus ſupra fœces diffuſi, ſoluũtur vniones, coralia, & ea cuncta, quæ eiuſmodi ſunt naturæ ad ſua redigenda prima principia, atq; liquores; aſtringens quoq; eſt, & ſtomachi cunctos abrodit ardores, ac eiuſdem, & ventriculi phlegmata, atquè ſitim, quinq; ſunt acini doſis cum, &c.

De Sale Tartari, num. 13.

CConueniens huiuſce portio in teſtuatio igni reuerberationis ad horas 48. benè calcinanda, & inſtar albeſcenda ſalis declinatur, tùm in coculione humido loco ad ſpatium

tium temporis diſſoluenda in oleum, & hoc eſt oleum tartari vulgare, quod vtiq; ſumma cura filtratur, & in vitreo ſcaphio calidis cineribus congelandum ponitur, ac iterum poſteà ad humidum, vt ſupra, ſoluendum, & id per ter, & ſic ſal peralbidus adueniet atq; perfectus, qui ne aqueſcat arido locatur in loco, & calida, humidauè *Nat.* natura eſt in gradu ſecundo domo Vene-*Virt.* ris, craſſos cunctos, tartareoſq; adaret latices interne radi atos, & præcipè in acetabulis, conſaneſcunt illo ſerpigo, venerea vlcera, & capite manantia, ſcabies quoquè atq, verrucæ faciei, quinq; ſunt per os acini doſis cum, &c.

De Philoſophorum primo ſale, nu. 14.

EST hic ſal plurium ſalium congeries, philoſophorum opificio congeſtus, de quo, cùm, ſuis in locis horum laborum, plenè diſſeruimus, haud in hoc eſt opus alia commemoratione; & ſolùm inquimus, vnam camentri eſſe capiendam vnciam ſalis, aliā cicorij, aliamuè phutis, abſynthij ſalis drachmas duas, vitrioli vnam, & ſalis communis libram vnam, omnia ſimul molenda, & in tenuiſſimum puluerem redigenda;

da, de quo trigeſimam vnciæ partem ſingulis vicibus,ſingulis diebus ſi fieri poteſt, ſumitur in cruſtula panis ſubtiliter contuſa,de mane,quia vtiliſſima corpori præſtat beneficia ; cunctas, quæ humanis poſſunt accidere corporibus ſternit inualetudines;omnes extradicat morbos, & cauſam eorum, vlcera percurat;fiſtulas, cancros, ſcirrhos,ac mala omnia curatu difficilia, ſolideſcunt illo vulnera,& eualēt,quiſquis autem incolumem exoptat ſe perdiù ſeruare,hoc inchoet vti prætioſo antidoto,in puncto,quo ſol intrat ſignum Arietis,nàm eo die ver inchoat, & annum integrum proſequendo, mirabiles peruidebit effectus,ac multò maiora, toto tempore perſeuerando,experietur,doſis eſt,vt ſuperiùs latum eſt.

De eorumdem Sale *ſecundo, num.*15

ETiam hic pluribus eſt ſalibus alteratus, ſeſuncia videlicèt auri ſalis ad noſtram regulam exacti, ſeſuncia ſalis antimonij, vna ſalis melliſſophili, & decem ſalis communis inſimul permolitis, & in vitris obſeruantur ad vſus.

Nat. De horum natura ſalium,non fecimus hic

verbum, etenim aliàs topicè pertractauimus, tanquam de rebus ſimpliciſſimis, & nunc ceù de mixtis, nequè natura eſt aſſignanda, neq; dominium.

Virt. Singularis ſiquidem eſt ad omnes affectiones, humana corpora infligentes; & ſi cum primo condepſitur, valdè maioris erit virtutis, & continuo vſu ſingulis diebus de mane ad pondus quinq; acinorum, omnes conſileſcunt ęgrimoniæ corruptionem cauſantes, peſtilentia, peſtiferi morbi, corruptus aër, puſtulæ, morbilli, ſcabies, lepra, & aduerſæ cunctæ valetudines, frigidę, calidę, humidæ, & ſiccæ, ad ſummam eſt lapis mineralis præſeruatiuus incolumitatis, quaq; ſemota adiectione alterius medicaminis, & incorruptibile ferè ſtatuit corpus humanum.

FINIS.

TA-

Digitized by Google

ELENCHVS.

De animalium ſalibus in genere, diſput. 1. pag. 8
De ſale viperarum. 10
De ſale ſcorpionis. 11
De Sale Arietis. 12
De ſale Tauri, 12
De ſale Canis. 13
De ſale Leonis. 13
De ſale Vrſi. 14
De ſale Lupi. 14
De ſale Cerui. 15
De ſale Leporis. 15
De ſale Cygni. 16
De ſale Aquilæ. 16
De ſale Corui. 17
De ſale Turturis. 17
De ſale Caponis. 18
De ſale Perdicis. 18
De ſale Pipionis. 19
De ſale Cœti. 19
De Delphini. 20
De ſale Polypi. 21
De ſale Spongiarum maris. 21
De ſale Vnionum. 22
De Sale matrum unionum. 23
De Sale Coraliorum pag. 23
De ſale Spondylorum. pag. 24
De vegetabilibus, diſput. 2. 26
De modo extrahendi ſales è cunctis vegetabilibus. 29
De ſale Aniſorum. 30
De ſale Oxalis. 31
De ſale Acetis. 31
De ſale Appij. 32
De ſale Epatoriæ. 32
De ſale Anonidis. 33
De ſale Artemiſiæ. 33
De ſale Ariſtologhiæ longæ. 34
De ſale Abſynthij. 34
De ſale Bugloſſi. 35
De ſale Balſaminorũ. pag. 36

I 2 De

ELENCHVS:

De ſale Burſa paſtoris. pag. 36
De Sale Buxi. 37
De ſale Biſtortæ. 37
De ſale Boraginis. 38
De ſale Bottonicæ. 38
De ſale Cumini. 39
De ſale Cichoreæ. 39
De ſale Cyperi, ſiue quinquefoliorum pag. 40
De ſale conſolidæ. 40
De ſale Anthemidij. pag. 41
De Sale Chelidoniæ. pag. 41
De Sale Centauræ. pag. 42
De ſale Cerefoliorum. pag. 43
De ſale Cardui benedicti. 43
De ſale Diapenſiæ. 44
De ſale Dentariæ. 44
De ſale Dictami. 45
De ſale Dauci. 45
De ſale Dipſaci. 46
De ſale Echij. 46
De ſale Intybi, ſiue endiuiæ. 47
De ſale Ebuli. 47
De ſale Equiſeti, ſiue Hippuris. 48
De ſale Eringi. 48
De ſale Ellebori. 49
De ſale pitiuſæ, ſeu Eſulæ. 49
De ſale Euphaſiæ. 50
De ſale Fragariæ. 50
De ſale Fœnigræci. 51
De ſale Fabarum. 51
De Sale Filipendulæ. pag. 52
De ſale Fœniculorum. pag. 52
De ſale Fraxini. 53
De ſale Fumariæ. 54
De ſale Garyophillatæ. pag. 54
De ſale Gentianæ. 55
De ſale Iuniperi. 55
De ſale Gramineæ. 56
De ſale Geniſtæ. 56
De Sale Gratiolæ. 57
De ſale Helyotropij. pag. 58

De

ELENCHVS.

De sale Hioſciami nigri. 58
De sale Hippogloſſi. pag. 59
De ſale Hyſſopi. 59
De sale Hiperici. 60
De sale Imperatoriæ. pag. 60
De sale Iberidis. 61
De sale Iaueæ. 62
De sale Iridis. 62
De sale Lepathi, ſiue Lapatij. 63
De sale Latheris, ſiue cataputiæ. 63
De sale Laudani. 64
De sale Liguſtici 64
De sale Daphneidis, ſiue laureolæ maioris. pag. 65
De sale Lauri. 65
De sale Lentiſci. 66
De sale Linariæ ceruleæ. 66
De Sale Lupulorum. pag. 67
De sale Ligni ſancti. pag. 67
De sale Naluæ. 68
De sale Marrubij. 68
De sale Naſturtij. 69
De sale Meliſſophilli. pag. 69
De sale Meliſſopilli ſilueſtris. 70
De sale Amaraci. 70
De sale Mentæ. 71
De sale Mercurialis. pag. 71
De sale Myrti. 72
De sale Muſci terreſtris. 72
De sale Ninphea. 73
De sale Vmbelici Veneris. 73
De sale Origani. 74
De Vrticæ. 74
De sale Papaueris. 75
De sale Parietariæ. 75
De sale Piloſella. 76
De Sale Quinque folij, ſiue Pantaphilonis. pag. 76
De sale Peoniæ. 77
De sale Perſicariæ. 78
De sale Hipposelmi, ſiue

uè atrioleris. 79

De Sale Plantaginis. pag. 79

De ſale Pinpinellæ. 80

De ſale Poligoni. 80

De Sale Polipodij. 81

De Sale Quercus. 81

De ſale Rhepontici. 82

De ſale Ricini. 83

De ſale Roſmarini. 83

De Sale Rutæ. 84

De Sale Sabinæ. 84

De Sale Saluiæ. 85

De Sale Sambuci. 85

De ſale Saxifragæ. 86

De ſale Scabioſæ. 86

De ſale Viperinæ, ſiuè Scorzuneræ. 87

De Sale Scrophulariæ. pag. 87

De Sale Sideritis. 88

De ſale Sarmentorum. pag. 88

De Sale Taſſi barbaſſi. pag. 89

De Sale Teſticuli canis. 89

De ſale Tbitimalli. 90

De ſale Tormẽtillæ. 90

De ſale Trifolij. 91

De ſale Valeriana. 91

De Sale Verbenæ. 92

De Sale Veronicæ. 92

De Sale Viſnagæ. 93

De Sale Violarum. 93

De ſale Xiridis, 94

Iulepum, conſeruæ, ſyropi, & infuſiones, ſubſequentibus proportionata morbis. pag 95

De Mineralium. Diſput.3. 101

Extrahendorum ſaliũ è mineralibus, & ſemineralibus, formula generalis. 106

Ex auro Sale excerpẽdi formula. 107

De Sale Argenti. 110

De Sale Cupri. 111

De Sale Ferri. 111

De Sale Stanni. 112

De Sale Plumbi. 112

De Sale Hydrargyronis. 113

De

ELENCHVS.

De ſemineralibus, diſput. 4. 114
De Sale Alcali. 114
De Sale Antimonij. pag. 115
De Sale Arſenici, riſagalla, & orpimenti. pag. 116
De Sale Magnetis. pag. 118
De Sale Smirili. 119
De Sale Nitri. 120
De Sale Gemma. 121
De Sale Communi. pag. 122
De Sale Vitrioli Romani. 122
De Sale Sulphuris. pag. 124
De Sale Prunelli. 125
De Sale Aceti. 126
De Sale Tartari. 127
De Philoſophorum primo ſale. 128
De eorumdem ſale ſecundo. 129

Finis Elenchus.

Poteſt imprimi.

Hoc per lecto Opere; nil contra fidem, nequè bonos mores Reperij. 10. Octobris 1644.
Donatus Anton. Stella.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IMPRIMATVR.

Gregor. Peccer. Vic. Gener.

Reg. fol. 47. Per me F. Ioſephum de Rubeis Ordin. Min. Conu. Emin. Card. Philam. Theol. & Conſult. Sancti Offic.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM.